



Jacobi Mutii Attendulae, Cottignolae, Sfortiae nuncupati, D. C. vita

<https://hdl.handle.net/1874/388992>

2

IACOBI
MVTII ATTENDV
LAE, COTTIGNOLAE, SFOR-
TIAE Nuncupati, D.C.uita PAVLO
IOVIO Episcopo Nucerino
Viro unde quaç doctiss.
simo Autore,

AD HAE C
AEGIDI ALBORNOTII CA
RILLI CONCHENSIS, HISPA-
NI res gestæ, à IOANNE GENESIO SE
PVLVEDA Cordubensi, una cum breui eiusdem
Authoris Collegij Hispani, ab AEGIDIO
olim BONONIAE fundati,
descriptione.

Omnia quæ hæc tenus emendatoria, ac
in GERMANIA iam primùm in
lucem ædita.

BASILEAE.

РЯДОВА

УДЪЛЖЕНІЕ ПРЕДІА

СОЛНЦЕВІДІА
СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

СОЛНЦЕВІДІА СОЛНЦЕВІДІА

GEORGIO RA-
POLTZ STEINIRE GV.
lo Magnanimo ac Illustri, IOANNES
HEROLD Acropolita
Benè agere.



VI ingenuorū no-
mē sibi adscribi cu-
piūt GEORGI He-
ros fortissime, ple-
rumque facta illu-
stria à se suis ue confecta numera-
re consuerunt: quandoquidē ho-
nos pulchrē factis tantum prome-
reri solet. Quā ppter Romani illi
antiqui humanarum disciplina-
rum probatissima exempla, HO-
NORIS & VIRTUTIS ædes uo-
luerunt esse coniunctissimas, im-
mó M. Marcellus belli fulmen, i-

t 2 taædi

EPISTOLA

ta ædificatas, ut DOMINAE HONORIS aram aditurus, VIRTUTI
TIS limina prius calcare cogere-
tur: in ipsa religionis & sacrificij
deuotione honoris dulces fructus
appetentem admonens, nullum
illi eorum gustum sperandum es-
se, nisi uirtute duce pomerium in-
traret augustissimum. Hoc qui-
dem multorum & VV. C.C. exer-
cuit ingenia, ut Veterum sic quo-
que Recentiorum: Miltiadis e-
nīm trophea, somnum excusserunt
Themistocli saepius: Cesar geme-
bundus Alexandri statuam inspe-
xit: & ne enumerando plura lon-
gior sim: SFORTIAM Britanni
illius Ioannis Aucuth felicitatem
ita æmulatum esse, ut nullis uel
pericu-

N V N C V P A T O R I A.

periculis, uel laboribus deterrei
cohiberiue potuerit, quin pro uo
tis illius trāscenderet existimatio-
nem & gesta: & conderet gentem
toto orbi admirandam. Eadem
uirtutem generosam AEGIDII
ALBORNOTII Magni insedis-
seanimum manifestum est: nam
Petri Castellani Regis, tyrannis,
cum omnē sibi adimeret occasio-
nem, qua gentem CARILLAM
celebriorem redderet, & maiorū
illustrium gloriam magis illustra-
ret, in Galliam se contulit, procul
dubio ea ipsa mente, ut in Pont.
Max. (quem Italiae Imperium co-
gitantē perceperat, et modo Impe-
rator nō deesset idoneus, belli im-
pendia omnia præparasse) famili-

E P I S T O L A

am se intruderet, & ea ratione an-
sam rerum gerendarum illustriū
nancisceret. Duorū igitur istorū
Ducū uitas acres gestas, cum no-
bis ex Italia, quām p uoto serius,
unā cum multorū aliorum Prin-
cipum Virorū celebratorū histo-
rijs, nuper adferebant, ac tēporis
celeritas, spaciū quoq; denegaret,
quod omnes typis subiijceremus,
placuit tamen, id horarum quod
restabat duob. his authoribus im-
pendere PA VLO IOVIO scilicet
Antistiti, ac Ioāni Sepulueda Cor-
dubensi. Quemadmodū enim a-
lienam persuasionē fore alienie s-
se sentio, ita ingenij dotes in om-
nib.admirari, suspicere, ac ample-
cti soleo, ut nunquam non mag-
num

N V N C V P A T O R I A.

num aliquid me na&ctum esse cre-
dam, si quid eruditū: in Reip. con-
modum: aut in honorū commen-
dationem scriptū nobis se offert.
Ac ut ingenuē fatear, quām male
alij de Romana Curia sentiāt, mi-
hi tamen hoc promitto (quando-
quidē Doctos uiros tandem apud
eam, in precio haberī, omnib. ge-
nerib. dignitatū euehi, uidemus)
c̄tius uitijs purgatāiri, si IOV 10
Sadoletos (quamq; nihil ad hoc
opus faciat, tamen Sadoletū præ-
terire nephas duco) Sepuluedas
adhuc perpaucos haberet, qui in-
genijs fœliciss. simplicitatē adiun-
gerēt Christianam. IOV 10 enim
quid tersius, quid breuius, quid
succulentius: Sadoleto quid su-
† 4 uius,

E P I S T O L A

uius, quid ponderosius, quid sub
limi? quos Sepulueda insequeſt.

παλιόν γε δὲ ταῦτα ποσὶ μεμνούσι τὰ ποιῶντα.

Minima igit̄ horum Virorū au-
thoritas, cauſſa non eſt, ut ædere
curarē has uitias aliās ut legantur,
in manib. terant̄, digniss. Verum
enim uero in SFORTIAE uita ui-
dere eſt, quām etiam benignē, hu-
mili loco natos, ſi uirtus adſit, co-
mitet fortuna: in AEgidio quā-
tum maiorū authoritas, ſi educa-
tione non adulterat ingenuorū
progressus, addat confidentiæ, et
generositatis. Tibi aut̄ ut eas dedi-
carē GEORGI Heros Magnani-
me, non una, ſed que unumquēq;
mouere poſſent, persuaderunt ra-
tiones permultæ. Dū enim fami-
liæ

N V N C V P A T Q R I.

lie tuę nobilitatę, ac eam multis seculis in Italia Vmbriæ Imperium obtinuisse considero, potui facile in animū inducere, iucunda illa memoria recreari te, quo momēto Spoletini Regni mentio tibi occurseret; et eā retricaret progenitorum tuorū sedem, ab AEGIDIO ALBORNOTIO ita munitā et firmatā, ut in splendida illa atq; Marīa Italia, null⁹ qui auariss. Tyranus aut fortiss. Imperatorib. cupiditatem maiore, aut labores dures iniecērit, existat locus. De exemplis enim non tam sollicitus ut sim, facit illa tui grandei parentis Guilhelmi uita, in Aula Regia, MAX. AEMILIANI CAES. omnium quos GERMANIA CHRI-

† 5 STIANI

EPISTOLA

STIANI ORBI ARX procreauit sanctissimi, prefectura digniss. transacta, & iam in otio tam pius atq; dulcis conuictus. Is enim tibi exemplar uirtutum, qui optimis quibusq; probatus: is omnis mili tiæ & morū institutor, qui inter Germaniæ proceres, pace et bello fidus MAXIMILIANO Acha tes totius aut orbis quasi in Theatro, olim cum Viennæ de Romanil imperij, Pannoniarū, Boiohemie, Sarmatarum commodis age retur, in corona & Regū & Legatorum innumerabilium, quid in armis posset, saepius ostendit. Præterea nemo nescit, quā doleas temporis huius infelicitatē, quo uirtutis receptus tam angustus. Per paucis

V
NVNCUPATORIA.

paucis enim euenit, ut inter tanta
omniū discordia, digna offerre-
tur occasio, qua uel Reip. inservi-
re, uel celebri gloriæ qnis bonus
adspirare possit. Deinde autē qd'
maximè urgebat est ipsum in bo-
nas literas studiū, quo et tu capiā-
re, et ipsa indicant quantū splēdo-
ris repēdere possint. Vt inā enim
principes Viri omnes, animū in-
ducerent, ad fouēdas quos et pro-
batis et literarum auidos noscūt,
multa & praeclara optimatum ge-
sta tam miserè numquā deperirēt.
Nam ut probatus sit authōr Pli-
nius Iunior, magis probādus mi-
hi nunquam uidet̄, quām in his
uerbis, quæ libentiss. hīc adscri-
bam, & ut mihi uidetur opportu-
nē

EPISTOLA

ne: sunt autem hæc. Fuit moris
antiqui eos qui uel singulorū lau-
des, uel uerbū scripserant, aut ho-
noribū, aut pecunia ornare: no-
stris uerò temporib. ut alia specio-
sa & egregia, ita hoc in primis exo-
leuit: Nā postc̄ desiuimus facere
laudāda, laudari quoq; ineptum
putamus. Hac ex cauſſa GEOR-
GI fortissime Maiorum nostro-
rum facta ubiq; depreſſa iacent,
cum uirtutis studiosi, uirtutis om-
nibus prædicti Romani et Itali, sua
liberalitate & magnanimitate, no-
men suū posteris mādauēre. Me
Hercle enim dubium non est, Se-
nem illum uenerandum Genito-
rem sanctissimum tuum, sæpius
cum MAXIMILIANI gesta se-
cum re-

N V N C V P A T O R I A

cū reputat, lachrymas nō retine-
re, quod hactenq; idoneū scripto-
rem affsecuta non sint. Quòd au-
tem confidentiæ notam, aut im-
portunitatis uitiū aboleat, quòd
minus temerè hos tibi dedicaue-
rim libellos, familiarium tuorum
atq; adeò necessariorū facit exhor-
tatio Ioānis Hoffmeysteri, ac Ioān-
nis Huberi & animi & corporis
tuorū Medicorū, ambo enim ut
tibi pergrati ac chari, sic mihi pa-
tronī & amicissimī existunt, quo-
rum quidem ad calculum quod-
uis periculum subirem: noui e-
nīm candidum eorum animum,
matura cōsilia, atq; synceritatem.
Ii forsitan me adeò imperitē non
fecisse, te docebūt: aut si quid pēc-
atum,

EPISTOLA

catū, culpæ eos deprecatores ha-
bebo apud te, non minus accep-
tos, quam strenuos. Demū quod
dementissimum esset refugere, ut
in eorū albo essem, qui te colunt,
amant, liberaliter p̄ animi tui no-
bilitate à te habiti sunt, maxima
fuit cauſſa: quid nam uerum obti-
cerem: dum enim mihi patronos
quæro, literis bonis me quæſiſ-
ſe eos arbitror, quod quidem à
uerò magis alienum uideri nō po-
test, quām certum sit, hominum
conditionem citò deperire, cum il-
læ æternū florent. Nec doctissi-
mi Poëtæ scitè minus quām elegā-
ter dictū hoc arbitrandū puto:

Principib. placuisse uiris non ultima laus est.

Tu si conatus nostros pro anima
qui

N V N C V P A T O R I A

tui Magnanimitate cōsulueris be
né, studia nostra, quibus immori
decretum est, reficies: et pro ætate
ac tēpore quicquid occurret, uel
nobis exaratum fuerit, tui nomi
nis dignum, habebis: quod qui
dem quantulumcumque fuerit,
scio, ob in bonas literas amorem
ardentissimum, haudquaquam re
ficies. Vale Heros magnanime.
Ex inclyta Rauracorum Basilea,

Calend. Septembri Anno

à nato C H R I S T O

M D XLII.

MANCATATORIA

Mihi amissione cognoscere
de' fuggitivis duplis intentio
excessum est, tenebris puto seire
se ipsoe dimidiari occidere, ut
popis causam iuvare, in hodi
ita dignum, perspicere, donec quis
cum dum suam videtur
fieri, oportet illas stimulare
videtur, quod quadrus et
littera. Vnde Hoc modus nunc
est usque Ranscotti Epistola
Circa. Septembris anno

anno CH. R. A. T. O.

11. M. X. III.

AD GVIDONEM
ASCANIVM SFORTIAM A
sancta FLORA Cardinalem æra-
rijç Präfectum,

PAVL I IOVII

Præfatio.



V V M honorē Sena-
toriæ dignitatis, quē
tibi planè adolescēti
maternus auus P A V
L V S. Tertius Pont.
Max. insigni iudi-
cio, sed maturius fortasse, quam spera-
ras, mandauit: cū uirtutis indole, tum
claritate familiæ, adeò egregiè suspen-
tes, ut maiore fortuna dignus esse ui-
deare: Pergratū omnino futurum exi-
stimaui, si tibi ardēti animo uirtutem
complectenti, nouæ faces adderen-
tur, ductæ scilicet à maiorum tuorum

*

exem-

PRAEFATIO

exemplis s F O R T I A E præsertim ab-
auituis qui summa cū laude amplissi-
mis rebus gestis familiæ uestre immor-
tale cognomen dedit. Eius enim uiri
bello memorabilis dicta factaç soler-
ti indagatione ex uarijs, ineptisç sæ-
pè rerum scriptoribus excerpta in En-
chiridion descripsi , ut ad imaginem
tanto frontis honore cōspicuam, quā
domi pictam assidue cōtemplaris , ex
celsi quoç animi similitudo ad ueram
effigiem stilo expressa , nō indecenter
accederet. Itaq; enītere G V I D O A-
scani , uirtuteç plurimum , & litera-
rum studio contende, ut paterni , ma-
ternicç generis famam & æques , & su-
peres . Nec id tibi omnino difficile ui-
deatur. Pulchrum enim erit , & ualde
decorum , sacrato uiro inter tanta ma-
iorum lumina pietatis , & literarū ful-
gore procul ab inuidia reful-
sisse. Vale.

C A P I T U M .

| | |
|--|--------------------|
| D E nativitate eius | Cap. I. fol. 1 |
| De fama natalium | Cap. II. fol. 2 |
| De Horoscopo, & Genitura, & nomine eius. | |
| Cap. III | fol. 4 |
| De diuinatione Astrologorum | Cap. IIII. fol. 5 |
| De educatione, & rudimento eius | Cap. V. fol. 5 |
| De prima militia eius | Cap. VI. fol. 6 |
| De altitudine animi, & cupiditate gloriae | |
| Cap. VII | fol. 7 |
| De Ioāne Aucuto Brittāno Duce | Cap. VIII. fol. 7 |
| De Brolia, Bio: do, & Alberico magnis Ducibus | |
| Cap. IX | fol. 8 |
| De Alberico Cataphractorum equitum inueniore | |
| Cap. X | fol. 9 |
| De cognomento ex re quæsito | Cap. XI. fol. 9 |
| De primis Commilitonibus eius | Cap. XII. fol. 10 |
| De Præfectis, ab se dilectis à promp̄iuudine virium | |
| Cap. XIII. fol. 11 | |
| De amicitia cum Braccio mita | Cap. XIII. fol. 12 |
| De cauſis amicitiæ cum Braccio abruptæ | |
| Cap. XV | fol. 13 |
| De cauſa inimicitarum cum Tartalia | |
| Cap. XV. 1 | fol. 15 |
| De prima equitum Præfectura. | Cap. XVI. fol. 16 |
| De insignibus gentilijs à Roberto Cæſare dono ac ceptis | Cap. XVII. fol. 17 |
| * | 2 De Hono- |

I N D E X.

- De Honoratiore militia eius Cap. XIX. fol. 19
De cæde Othonis Tertij Cap. XX. fol. 20
De diuersitate famæ ex Othonis cæde
Cap. XXI. fol. 22
Quib. Principib. operā nauarit. Cap. XXII. fol. 23
De Ludouico secundo, & amore Reginæ Ioannæ
Cap. XXIII. fol. 24
Quoties prospere, infœliciterq; pugnarit
Cap. XXIV. fol. 25
De Angelo Pergulano profligato. Ca. XXV. fol. 27
De Ladislao Rege ad Lyrim superato.
Cap. XXVI. fol. 28
De prælio ad Aquilanœ fœliciter commisso
Cap. XXVII. fol. 29
De Tartalia ad Tuschanellam deuicta
Cap. XXVIII. fol. 32
De pugna ad Sebethi pontem egregie depugnata
Cap. XXIX. fol. 34
De Roma libertati restituta, & Picinino acie ca-
pto Cap. XXX. fol. 37
De Alphonso Rege acie profligato
Cap. XXXI. fol. 38
De infœlicitate prelij ad Viterbiūm
Cap. XXXII. fol. 41
De clade ad Cryptā accepta Cap. XXXIII. fol. 42
De infœ.

C A P I T V M .

- De infœlici pugna ad Capuam Cap. XXXIIII
fol. 44.
- Quoties prælio, & insidijs sit captus
Cap. XXXV fol. 45
- De prælio ad Casalecium factio Cap. XXXVI
fol. 45
- Quomodo ex insidijs sit captus Cap. XXXVII
fol. 47
- Quomodo ad Beneventum sit captus
Cap. XXXVII fol. 50
- Quomodo Iacobus ex Principe Rex sit appellatus, & SFORTIA seruatus Cap. XXXIX
fol. 52
- Quibus conditionibus SFORTIA necem effugerit Cap. XL fol. 55
- De supplicio Cæsaris, & SFORTIÆ fœlicitate Cap. XLI. fol. 56
- De Regina capto Rege liberata Cap. XLII
fol. 58
- De iniurijs eius Deorum iudicio vindicatis
Cap. XLIII fol. 60
- De cæde Alopi Cap. XLIII. fol. 61
- De nece Iulij Cæsaris Pereti, & Cecholini
Cap. XLV fol. 61
- De calamitate Iacobi Regis Cap. XLVI fol. 62

* 3 De

C A P I T V M .

- De Sergiano Magno Senescalco trucidato
Cap. XLVII fol. 63
- De Nicolai Vrsini fœda morte Cap. XLVIII
fol. 64
- De Paulo Vrsino Braccijs insidijs interfecto.
Cap. XLIX. 64
- De Arma erij proditoris suppicio Cap. L fol. 66
- De infelicitate Braccianarum partium, et Sfortia
norum prospéro successu Cap. LI. fol. 67
- De iuñere ad Viterbiū accepto. Cap. LII. fol. 68
- De periculo eius in expugnatione Capitonis.
Cap. LIII. fol. 68
- De uitæ discrimine in quo Romæ uersatus est.
Cap. LIV. fol. 69
- De insidijs ad Calorem amnem streunè uitatis.
Cap. LV. fol. 70
- De insidijs ad Sarnū astu superatis. Cap. LXI. 71
- De periculo ad Caietam paruo casu facile supera-
to. Cap. LXII. fol. 72
- De moderata liberalitate eius, et abstinentia, con-
temptuq; pecunie. Cap. LXIII. fol. 74
- De duabus eius concubinis. Cap. LXIV. fol. 76
- De uxore eius Amonia Salimbeni Cap. LXV. fol. 77
- De secunda uxore Catella Alopa Cap. LXVI. fol. 79
- De tertia uxore Maria Marianna Cap. LXVII
fol. 81
- De

I N D E X.

- De liberis eius ex Lucia Trezzania Cap. LIII fol. 83
 De affinitatibus summa prudentia contractis.
 Cap. LXIII fol. 84
 De clementia, & severitate erga suos Cap. XLV
 fol. 86
 De Martinu Ptolomeo conseruato Cap. LXVI
 fol. 87
 De clementia erga Bisium Cap. LXVII fol. 87
 De inusitato poenarū genere Cap. LXVII fol. 88
 De Germani supplicio Cap. LXIX fol. 89
 De mansuetudine erga Brandolinum Comitem
 Cap. LXX. 90
 De inuidia ex nœce Tartaliae parta Cap. LXXI.
 fol. 91
 De natura ingenij. Cap. LXXII fol. 92
 De disciplina domestica et militari Cap. LXXIII
 fol. 94
 De cultu eius et coniunctu Cap. LXXIII fol. 95
 De pietate erga superos Cap. LXXV. fol. 96
 De pietate erga Patriam Cap. LXXVI fol. 97
 De pietate erga propinquos Cap. LXXVII
 fol. 97
 De præceptis Frācisco filio datis Cap. LXXVIII
 fol. 98
 De prudentia ex alienis iudicijs quæsita
 Cap. LXXIX. 99
 Cap.

C A P I T V M

| | | |
|---|-------------|-----|
| De cādore ingenij, et memoria eius Cap. | LXXX | 100 |
| fol. | | |
| De studio literarum Hetruscarum Cap. | LXXXI | 101 |
| fol. | | |
| De generositate animi erga inimicos | | |
| Cap. LXXXII fol. | | 102 |
| De fortitudine eius in dolore tolerando | | |
| Cap. LXXXIII. fol. | | 104 |
| De urbanitate eius Cap. | LXXXIV fol. | 105 |
| De facetē dictio. Cap. | LXXXV fol. | 106 |
| De falsissimo dictorio Cap. | LXXXVI fol. | 107 |
| De statura corporis eius Cap. | LXXXVII | |
| fol. | | 107 |
| De agilitate membrorū eius Cap. | LXXXVIII | |
| fol. | | 109 |
| De infelicitate mortis eius Cap. | LXXXIX | |
| fol. | | 110 |
| De Braceij iudicio, & laude erga defunctum & cæ | | |
| de ipsius Cap. XC. fol. | | 112 |
| De prodigijs, quæ mortem eius significarunt | | |
| Cap. XCI fol. | | 113 |

IACOBI MVTII AT-
TENDVLAE, COTIGNOLAE,
SFORTIAE Nuncupati, Ducis Clarif-
simi uita: à PAVLO IOVIO E-
piscopo Nucerino ædita.

De Natiuitate eius. CAP. I.



ATVS est SFORTIA
Cotignolæ, antiquo Togatæ
Gallie oppido, iuxta viam
Flamineam, agri Fauentini,
patre Ioanne, ex Attendula
familia honesta poti⁹, quam
nobili, sed maxime opulen-
ta, & quæ numerosa, & militari iuuentute flo-
ret: Mater ei fuit Elisa, uirilis animi mulier, ex Pe-
tracina factiosa gente: Ea erat feruidis admodum,
asperisq; moribus sed pudicitia, & fecunditate mi-
rabili: peperit enim alterū & uiginti liberos, quos
ueluti ad arma natos ita educauit, ut facile compti-
ora indumenta, exquisitasq; epulas, & mollia stra-
ta contemnerent: uerterentur autem robusto quo-
dam corporis, atq; animi uigore, ad tuendum fami-
liae decus, et id saepius armis, quando grauiſſimas si-
mulates

2 SFORTIAE D. C. VITA

multates cum Pasolinis æque potentibus exerce-
rent. Qum Martinus Pasolinus eius familiæ Prin-
ceps puellam nobilem Bartholo S F O R T I A E
fratri ex cheirographo desponsatam, quod in eius
dotem per amplahæreditas ueniret, arroganter in-
tercepisset. Ob id saepius iusta propè acie dimicatu-
est, magnæq; cædes æditæ, in queis Bartholus uul-
neratus est, et Martini filius, itemq; duo propinquii
eius ceciderunt. Sed res eum habuit euentum, ut
Martinus orbatus filio, expoliatusq; omnibus ami-
cis, atq; fortunis oppido pelleretur. Per id tempus
uidere erat in Attendula domo conclavia, atq; cu-
bicula, non aulæis, sed scutis, atq; thoracibus exor-
nata, atq; item lectos, ingenti amplitudine, sine lo-
dicibus, in queis loricatæ affinium cohortes pro-
miscue cubitarent: adeoq; uigilantes, & intenti o-
mnes erant, ut nullo cum honore mensarū, sed ple-
runq; stantes, & sine ullo ordine cibum caperent,
quem exiguo sumptu, & nulla arte agasones, uel
armigeri pueri tumultuarie parauissent.

De fama natalium. CAP. II.

NON defuere, qui dicerent, sed in gratiâ Brac-
cianæ factionis, ut Sfortianis demum Princi-
pibus nouitas generis obiectaretur: S F O R T I A M
paterno,

paterno in agro ita operis præfuisse, ut & suam
faciendo operi uomeres, & ligones strenue tracta-
ret: quod uel ob id inuidiosè confictū uidetur, quo-
niam tredecim annorū puer in Boldrini castra con-
cesserit, neque inde redierit, nisi equestris ordinis
miles. Sed iucundo prorsus mendacio fabula fidem
fecit perennis fama, quæ manauit ad posteros. Fe-
runt enim, quum agrum foderet, duro labore fati-
gatum ab ea indignitate operis suspexisse in cœlū,
& de tota uitæ fortuna uota suscepisse, ea sorte pre-
catum Deos, ut uoto benè uerterent: euibrasseq' ue
protinus ligonem in præaltam quercum, ut credi
par est, antiquitus Marti consecratam, eo animi de-
creto, ut si decideret, eum æquissime ad perpetuum
laborem eßet resumpturus, at si ramis hæsisset ca-
stra continuò sequeretur. Veram Marti ligonem for-
tuna appendit, ut fatis uiam aperiret. Gloriabatur
hac fabula Franciscus Pronepos, quòd uel ob id fa-
miliæ nomen nequaquam antiquæ nobilitatis, sed spe
etate virtutis auspicio niteretur: adeo, ut quum mi-
hi humaniter arcem ab excellenti munitione, stru-
cturaq' toto terrarum orbe longè clarissimam, arma-
mentarijs patefactis, ostendi uisisset, conuersus le-
to ore: & hanc, inquit, P A V L E I O V I , quam
miraris, et hoc imperium, quo potimus ab illo ligo-

4 SFORTIAE D. C. VITA

ne habemus, quum fælici nostra sorte in arborem à Proauo contortus, fataliq; ramusculo suspensus minimè decidisset. Vnde et illud Pontani in defunctos intemperanter genuinum dentem exercentis, quum dixit: Dux ab aratro SFORTIA. Quasi non in summa gloria sit, aut certe dispudeat C. Marij exemplo, ex aratore Imperatorem euafisse.

De Horoscopo, & Genitura, & nomine eius. CAP. III.

A EDITVS est utero matris, die Martis, quinto Calendas Iunij sub auroram, Anno à partu Virginis Millesimo, trecentesimo, & sexagesimo nono: sub id ferè tempus, quo Carolus Quartus Imperator auaritia infamis Italianam reliquit: Lustrico autem die, quo rite sacro fonte ablutis nomen imponitur, puerο Iacobi & Mutij nomen indiderunt: Sed aliquanto post, oblitterato primo nomine, tantummodo Mutius est appellatus: donec ab ingenijs, uiriumq; indomito quodam iugore SFORTIAE cognomen tulit. Mutij uero nomen, & hodie quoque in Nepote Ludouici SFORTIAE Princeps repetitum uidemus: quem Paulus eius filius, sed ex damnato coitu suscepitus, è tanta sobole unicui, atque legitimum reliquit.

De

De diuinatione Astrologorū. CAP. IIII.

In genitura eius Mathematici præcellentem sy-
derum posituram, & sedes, aspectusq; mirabi-
les conspicati, ei magnum imperium, immortalem
g'oriā, felicemq; sobolem prædixcrunt: idq; de-
mum subiunxere, eum nequaquam exacta ætate, &
morte quidem repentina peritum.

De educatione, & rudimento
eius. CAP. V.

Abea, ut diximus, domestica educatione uul-
nerum et periculorum contemptor factus,
quum tredecim annos natus, miram indolem ad mi-
litiam afferret, clam arrepto domi æquo, & inuito
quidē patre, euolauit ad Boldrini Panicaliæ castra,
qui Pontificiæ militiæ sceptræ tenebat. Eo nemo
Ducum felicior fuit: nam dum uiueret, acie sem-
per uictor, etiam post mortem sèpius uictorijs, tri-
umphisq; militum suorum intersuit. Ii siquidē Du-
cis sui cadauer exsiccatum, conditumq; aromati-
bus inferetro circunserebant: quum neminem, qui
succederet, militari imperio dignum putarent. Ten-
debatur ei Prætorium non secus ac uiuo, et circum-
positis uexillis, belli tessera petebatur, ita, ut mor-
tuī consilijs quadam sorte exceptis, ad res gerendis

6 SFORTIAE D. C. VITA.

feliciter uterentur. Adhæsit primum Spoletano e-
quitи cui ab iracundia Scoruccio cognomen fuit.
Apud hunc quatuor annos permanxit, adeò perti-
naci corporis, ac animi contentione semper usus,
ut ex armigero pucro ferocium equorum domitor,
et mox lateronis nomine strenuus miles cuncta offi-
cij munia Scoruccio charus adimpleret.

De prima militia eius. CAP. VI.

POSITO apud Boldrinum tyrocinio, domū
redijt, intestino reuocatus bello. Sed ibi de-
mum pace parta, militiam repetiuit, oppignerato
fundo, ut armis et equis instructior domo emittere-
tur, propinquis, uno patre excepto, sumptum im-
probantibus: ad quod iuuenis conuersus: Desinite,
inquit, mussare: militari enim quæstu aut cuncta re-
pendam, aut idem mea hæreditas, si ita erit in fatis,
ut accie occisus cadam, cumulate persoluet. Itaque
primo cataphractus eques (hi eo tempore quater-
nos equos trahebant) & non multò post turmæ, &
demum alæ præfectus sub Alberico, Brolio, & Au-
cuto secunda fama militauit, adeò ut uberio-
re semper stipendio, & maiore præ-
fectura dignus haberetur.

De

De altitudine animi, & cupiditate
gloriæ. CAP. VII.

EXCITABATVR die noctuq; ad magnorum Ducum nomen, qui tum bellica uirtute prouecti ad ingentes opes, ac imperia peruererat: adeò, ut in corona, quum aliquid bello præclare gestum nuntiaretur, commoto ueluti animo suspiraret: ut potè qui honesta æmulatione inductus, felicitati eorum haud mediocriter inuidet.

De Ioanne Aucuto Britanno
Duce. CAP. VIII.

ERAT ante alias in oculis Ioannes Aucutus vir Britannus, qui ab extremis Oceani finibus, traducta in Italiam Anglorum manu, clarus euaserat: quum rebellantem à Gregorio Pontifice Togatam Galliam, expugnatis aliquot urbibus, pacauisset, tulissetq; in præmium nauatae operæ quinque oppida, et in his Cotignolam ipsius patriam: adeoq; mox inclaruisset, ut Bernabou Vicecomiti Italæ Principū longè potentissimo gener adsciscetur, & cum Florentini demum ingentis exercitus Ducebant. Vnde illi, uti de Republica benemerito, imaginem colosseam equestrem supra sepulchrum in templo maximo posuerunt.

De Brolio, Biordo, & Alberico magnis
Ducibus. CAP. IX.

MI L I T A R I etiam uirtuti apprime nixus
Brolia uir Allobrox Asisiatum in Umbbris
tyrannus euaserat: quum Florentinorum, et Roma-
ni Pontificis Dux fuisset, Biordus quoq; qui in Gal-
lia aduersus Britannos, magna mercede, et multo
maiori cum laude militarat, apud Perusinos Princi-
patū fuerat consecutus. Sed unus præ cæteris Albe-
ricus Balbianus illustri fulgore gloriæ clarissimus,
et ipsum, et Attendulos omnes ad obeundam mili-
tiam accendebat. Hic enim unus, quod externe gen-
tes mercenarijs armis Italiam quaterent, multæq;
passim immani rabie baccharentur, indignitate per-
motus Italorum animos, qui tum per socordiam, a-
missamq; libertatem ueteri belli gloria decidissent,
in spem recuperandi nominis erexerat. Fuere sub e-
ius imperio ingentes alæ cataphractorū equitum,
qui a uspicijs diui Georgij militantes, sacramento a-
dacti, nunquam se terga datus exerno hosti con-
iurarant. Ab his demum non uno in loco Britones
profligati, cœsi Galli, pulsi deuicti q; Germani, Hi-
spani fusi, Allobroges, Angliq; deleti, apud Italos
non omnino extinctum antiquæ uirtutis decus iusta
confessione docuerunt.

De

PAVLO IOVIO AVTH.

De Alberico Cataphractorum equitum inventore. CAP. X.

HI C est ille Albericus, qui equitem cataphra-
ctum ea specie, quam uidemus, formauit, &
instituit: ad inuenientem hoc conclusæ, duplicitisq; galeæ
genere, quo nunc maxime uiimur, et Gothicō nomi-
ne, Helmettum uocitamus: Imposuit & tegumenta
equis, quæ Bardæ uocantur, recoclo è corio, ut Cli-
banarios equites à Persis ad Gothos, priusquam ad
Italos, reiectis loricis, adductos imitaretur. His e-
nim nihil ualidius, si tormenta ænea ad exitium hu-
mani generis, corruptelamq; ueræ militiæ reperta
consensu publico tolleretur. Quando iam egregiæ
uirtutis decus nequaquam ad fortē spectatamq;
duris in prælijs dextram, & invictum corporis ac
animi robur, sed ad fortuitos uolantium pilarum i-
clus, cæca semper sorte, et in his temeraria sepe for-
tuna, reuocetur.

De cognomento ex re quæsito. CAP. XI.

QVVM in Alberici castris esset ferē imber-
bis, animoq; ferox, & manu promptus, sa-
pe turbas iurgiaq; misceret, nec quenquam ante se
pugnam capessere pateretur: in eo peracutus Impre-
rator animi, atq; oris habitum notauit, prædictisq;
a s eum,

cum, nisi immaturè caderet, & paululum feruidi
ingenij impetum prudentia temperaret, absoluti
Ducis nomen habiturum. Nec multo post suborta
altercatione inter commilitones in partiendæ præ-
da immortale cognomen adeptus est: quum eam mi-
nus & qualiter diuidi immodice quereretur. Siquidē
totalite ad Ducis arbitrium data, iudicataq; ad
Albericum subirato et minaci uultu conuersus: Mi-
hi, inquit Imperator, hoc tuo iuditio rata pars præ-
da perinique surripitur, ita ut in posterum similem
iniuriam & quo animo non sim latus. Ad ea Albe-
ricus residenti, & contracto ore respondit: An &
mihi quoque uti alijs soles, adolescens uim afferre
uoles? Desume ergo tibi SFORTIAE nomen,
atq; ita abolito Mutij nomine, ut ab omnibus uoca-
retur, edixit: que uox Latine exprimit, Violentum;

De primis Commilitonibus
eius. CAP. XII.

Fduxit autem patria per gregiæ iuuentutis
manum, adiunctam mox concursu insignium
equitum, quum bellicosissimus quisque spe laudis,
& lucri cupiditate ad eum deferretur. In his fuere
ex numero propinquorum Bartholus, & Franci-
scus germani fratres: Sed in Francisco mira indoles
efflorebat,

efflorefbat, cui ab insita ingenio eius audacia Bocca
leto cognomen fuit: Præterea Bosius, Laurentius,
Michaletus, & demum Foschinus Attenduli cum
Sanctoparente Petracinio auunculi filio, & alijs
plerisq; qui e finitimiis urbibus amicitia, & partii
necessitudine coniuncti, crescentis in eo nominis fa
mam uehementer obseruabant. Hos omnes fere in
historijs celebres uidemus. Verum illustris admodū
euasit Michaletus, qui accumulatis ab humili gradu
bellicis honoribus, Venetorum demum Imperator
effectus, ad exactæ ætatis terminos peruenit.

De Præfectis, ab se dilectis. à promptitudi
ne virium. CAP. XIII.

ET Turmarum, cohortiumq; Præfectis eos ma
xime adamauit, fraternoq; amicitiae iure si
bi obstrinxit, qui manu præcipue ualarent. Diuisa
enim inter Ducem, & militem esse militiae munera
dictabat, ut uictoria pararetur: quum in illo ante
omnia rationem, atq; prudentiam, in his autem ex
peditan uim, per acrem impetum, & indomitum ro
bur omnino requireret. Propterea eos maximè de
uitare, damnareq; erat solitus, qui in coronis solli
cite nimis, atque subtiliter de belli ratione, exituq;
rerum differendo, quid statuendum, quid ue tentan
dum

dum foret, Imperatori consulere, atq; præscribere uiderentur. Cæterū ipsi perlubenter aspera quæq;, & periculosa munia detrectarent: soloque, et inani sapientiæ nomine contenti fortibus uiris ueræ lawdis materiam relinquenter: qui imperantibus acri ter parere, uehementerq; pugnare, nec uulnera, & mortem timere didicissent. Ex hoc ordine primores ardentissimè dilexit, Martinum Fauentinum, qui aliquot post annos à Pandulpho Malatesta Ariminensium Tyranno necatus est: quum inhiaret eius pecuniae, & crescenti insontis uiri gloriæ uir crudelis inuidaret: Præterea Eustorgium Vicecomitem, Ludonitum Columnam, Thomā à Typherno, & Scorponem, atq; Tarantulam à luco Flaminiae, Zenonēq;, item Cribellū, et Parinū Derthonensem, et Gentilē Montaranum, Angelumq; Lauellū, cui ob hæsitatiā lingue, tumultūq; oris Tartaliæ cognomen fuit.

De amicitia cum Braccio inita. CAP. XIIII.

Cum uno autem Braccio Montonensi, etate, fortuna, uirtuteq; fermè & quali, arctissima familiaritate coniunctus, adeò fraterne, et liberaliter amicitiā excoluit, ut aliquot annis inter se duo longe omnū in Italia maximū futuri Duces, consilia, arma, equos, pecuniā, & tabernacula in communē usum conferrent, ijs deniq; uxillis, & laciniarum coloribus

coloribus uterentur. Militaria enim sagula singulis equitibus ab humero dextro in obliquū femur, coccineo colore, è contraria uero parte, per transuersum albo, & cœlesti alternatim undulato distinguebantur. Verum ut aliquod ex propinquo discriberet, per acutos SFORTIA fluctus, obtusiores uero Braccius eleganter expresserant. Quorum insignium argumentis, atq; coloribus hodie quoque utriusq; factionis studiosos uti uidemus: quū centū quinquaginta et quatuor anni numerentur, ex quo ea ipsi authores, et Principes gestare coeperint.

De causis amicitiae cum Braccio
abruptæ. CAP. XV.

Sed eam demum amicitiam iam pridem obtrectatione glorie, & uirtutis æmulatione comminutam SFORTIA grauiissimis offensus iniurijs, post XXX. annos, adaperto tandem animo, & libero ore penitus abruptit: qui ipso SFORTIA ad Beneuentum in carcerem coniecto, Braccius nihil amici calamitate permotus, uiolata repente amicitia, ea oppida, que sunt in Thuscis inter Casiam uiam & Aureliam, SFORTIANÆ ditionis, Tartaliæ inuadenda occupanda: q; tribuisset: idq; eo infestius à Braccio factum suisse uidebatur, quonia ab initio ipsius fidei commendata fuerant, & subinde

Tartalia

34. SPOR TIAE D. C. VITA

Tartalia grauiorem iniuriam occupatis oppidis addiderat: quum Sfortianas turmas in hybernis oppresisset, fortissimo quoque Decurionum, & equitum in uinculis retento. Braccius enim in Umbria fœlici rerum successu elatus, uasta cupiditate animū intenderat, ut urbis Romæ imperio potiretur. Tribus siquidem ea tempestate Pontificibus, immāni Cardinalium ambitione, atque superbia creatis, Christiana religio lacerabatur: Romaq; terrarū quondam Domina, fame, pestilentia, ac incendijs deformata, obfessa latronibus, ac orbata Pontifice, factiosorum libidini seruiebat. Ad id audendum, patrandumq; facinus, idoneus, & opportunus erat Tartalia: quum sub signis eius mille equites, & bis totidem pedites militarent. Fœdere itaque icto, ut mutuis auxilijs, atq; opibus fines proferrent, & se se aduersus uim hostium tueruntur, Tartalia facile cuncta usq; ad Senensium fines in potestatem redegit, præter Aquenses, & Porsenianos, qui Sfortianorum præsidio tenebantur. Braccius uero positis ad Anienem castris, fusis que tumultuario prælio Romanorū copijs urbe potitus est. Per eos quoque dies Braccius Michaletum, qui capto SFOR TIA, ad eum amicitiae iure cū trecentis equitibus confugerat omni pudore dissoluto, missum fecit, nec persoluto

persoluto quidem stipendio. Quam demum contumeliam indignatus Bracco Picininus, magno, nobis
liq; animo resarcuit, quum ex doméstico abaco ar-
gentum omne, ut æs alienum cum milite dissoluere-
tur, ad Michaleatum detulisset. Per hunc modum in-
ter se diducti, accensiq; odio S F O R T I A, et Brac-
cius Italicae militiae principes effecti, magnosq; ex-
ercitus ductantes, de nomine, sectas condiderunt.
Quibus demum liberarum ciuitatum. Regum, atq;
Pontificum opes uehementer attritæ, conuulsæq;
sunt: quum ueluti ex condiclo, pudenda eius seculè
conditione, ad alenda bella sepe altercantes, et sem-
per aduersi, modo his, modo illis, mercenaria armæ
inferrent, aut sustinerent.

De causa inimicitiarum cum
Tartalia. A C P. XVI.

Graui etiam de causa multis ante annis cum
Tartalia amicitiam diremerat: quum ad Ca-
saleciū, malignitate, aut metu deserente locum Tar-
talia, se ab hostium cuneis ex obliquo irrumpenti-
bus, cum turma protritum, & captum quereretur.
Ea res, uti multorum oculis liquidissime spectata, e-
nulgataq; utrinq; in castris, dilui non potuit. Ob id
in Tartalia pectus altè, taciteq; descendebat, adeò
ut occultum uigeret odium: & eò quidem letalius,
quod

quod illa eadem familiaritatis imago officijs quibusdam, & alloquijs sustentabatur.

De prima equitū Præfectura. CAP. XVII.

Svo primū ductu apud Broliam uigintiquinq; equitibus præfuit: qui numerus equitū eo tempore Turmā implebat. Apud Albertum autem Ferrariæ Principē iustæ alæ uexillū sustulit, coniuncto sibi Laurentio: In ea fuere equites ducenti. At confecto ibi bello reuersus ad Broliam haud multū ibi permanxit, accitus à Raspantibus, qui tū Perusiae popularem statum induxerant: Oppugnabat eorum libertatem Ioannes Galeacius Vicecomes: illi ex adverso, cōtractis auxilijs, uno maximè SFORTIA Duce, seipso acerrime tuebatur. Sed uiribus impar opulentissimo hosti tandem cessit. Eo bello SFORTIA uigilantis, intrepidi, maximeq; pugnacis Dñis famā consecutus, utringq; uirtutis & fidei premium tulit. Donatus enim est publicè ad ornatum abaci, cælato argento, & ab hostiū Duce, duplikato stipendio, Ioannis Galeacij militiae adscriptus. In iūt tum arctiorem amicitiam, societatemq; cū Parino certa lege communicatis turmis, ut aquili auspicio regerentur. Sed profecti ad Insubres, quum non uno in loco æquali sorte, sed dispari cum laude militassent, obscurius que in dies fieret

Parini

Parini nomen, SFORTIA scilicet fortibus factis
duorum famam uendicante, liuore, atq; perfidia Pa-
rini exauthoratus, dimissusq; est: quum falso accu-
saretur apud suspicacem Principem tanquam occul-
tus, & capitalis Gbellinarum partium hostis, &
genere Guelfus: cui factioni se maximè aduersum Ga-
leacius, quod ita sibi conduceret, factis & dictis pro-
fiteretur. Eo modo proditus, sed cum multo uerbo-
rum honore à Galeacio dimissus ad Florentinos se
contulit, qui tum Gallorum Reges, & Germanos Cæ-
sares aduersus Galeacium concitarant.

De insignibus gentilitijs à Roberto Cæsare
dono acceptis. CAP. XVIII.

SVb id tempus SFORTIAM iam pridem exi-
smiae uirtutis opinione per celebrem, Roberius
Cæsar Augustus Romanorum Imperator illustrem se-
cit. Descenderat is in Italiam Florentinorum pe-
cunijs euocatus ad bellum, ut Galeacius Mediola-
no pelleretur. Sed demum duobus tumultuarijs
prælijs ad Brixiam pulsus repressusq; quum Pa-
tauium reparandis copijs diuertisset, obuiam hono-
ris, & præsidij causa SFORTIAM habuit, qui
tum statius in castris ad Montagnanam Patauino
Principi Venetorum oppresso armis opem tulerat,

b Prin-

18 SFORTIAE D. C. VITA

præpositus Florentinorum auxilijs, que socio, amicoq; Principi iure foederis mittebantur. Excepit Cæsarem perornato, compôsitoq; more militare, toto eruditatu, circunductis, & in duplices alas digestis ordinibus, ita, ut Cæsar ea specie cataphractorum equum, qui cristiati, bardatiq; omnes procurrerant, mirum in modū oblectaretur, erigeretq; animum, renouando bello, si ijs maxime copijs, & SFORTIA Duce iuuaretur. Cōmouit et in admirationē Robertū simul, Proceresq; Germanos SFORTIAE equus tāta arte cōcitatus circuactusq; in gyros, rursusq; tū plenis, tū suffēsis saltibus reflexus, ut sessore SFORTIA nemo perior, aut habilior reperiri posse uideatur. Qua una arte Germani grauiores, seignioresq; habentes equos, dudū ad Brixiaē uictos fuisse memorabat. Visebatur in SFORTIAE uexillis Citonii pomū, uetus Attēdulæ gentis insigne, ductum scilicet ab Oppidi nomine, uti Principē familiā decuit. Ad id aspiciens Cæsar, et ad SFORTIAM se cōuertens: Dignum, inquit, uirtute tua Leonem dabo, qui Citonium lœua sustineat, & minaci dextra tueatur, ne quis attractet, atq; corripiat. Atq; ita tabuis lata mēbrana confectis, Leonem fuluum ericta ceruice, alteri pedi innixum, dono dedit: concessitq; ut Attendili omnes eo argumento utearentur, essentq; in cōiente

la Baioarie Principum, quorum esset à prisca origi-
ne gentilium insigne. Nam Robertus ipse, Norici Re-
gulus, è Baioaria familia suffragijs Germaniae Proce-
rum de more ad Imperium accesserat.

De honoratiore militia eius. CAP. XIX.

Regressus in Heturiam Florentinis aliquot annos militauit: Bononiensi primum bello, quo uel aduerso pugnæ euentu, quum in hostium potestatem uenisset, & fama clarior, & stipendio auctiore easit. Pisano autem bello id magni Ducas specimen dedit, ut Nerij Caponij manu, de Angelo Pergulano hostium Duce profligato, lauream acciperet, atq; item liliatum uexillum, decretoq; demum publico annua pecunia donatiui nomine donaretur. Sed Pisaniis in seruitutem redactis, quum Florentini quiete, atq; otio fruerentur, ad Nicolaum Atestinum Ferrarie Principem contendit: Is tum ab Othono Tertio Parmensium Tyranno accerrime premebatur. Galeacio enim Vicecomite morte sublato, Duces dilacerato eius imperio, singuli singulas urbes occuparant. Parma, Regiūq; Lepidi cum multis oppidis Othoni cesse re. Is ueteranis instructus copijs, in queis supra quantuor equitum milia fuerant, Mutinæ, atque Ferrarie imminebat: populabaturq; effusè agrum, & cuncta

b 2 belli-

bellico terrore complebat. Cæterū supercruētu SFORTIAE, eius impetus fortiter est repr̄: ssus, bis conser ta pugna, semel pro Mutinæ portis, quum SFORTIA in eum ad suburbana usq; tecta insolentissimè prouectum duabus portis feliciter erupisset, ac iterum non longè à Roberia, ubi Othoniani loco pulsi ponte q; deiecti, multis suorum amissis tergauerte runt. Nec multo post, ad Regiolum ancipiū i cœn tu ex itinere dimicatum: quum SFORTIANOS à Guastalla maioris pecoris agentes prædam, Otho ferociter adortus, ancipiū periculo conflixisset. Suffosso enim equo circunuentum, & captum, tanta ui ueterani equites, ut opem ferrent, signa intulerūt: ut erepto Duce ipso, ex SFORTIANIS ad trī ginta equites cum M. chaletō caperentur. Hos Otho contra morem militiæ compedibus oneratos, duro in carcere quauior menses detinuit: adeo q; inhuma niter cruciavit, ut media hyeme nudos gelida aqua perfunderet. Sed perrupto demum carcere feliciter effugerunt, ut eam iniuriam Othonis cæde vindicarent.

De cæde Othonis Tertiij. CAP. XX.

O Tho, ubi conatibus suis sustinente, urgenteq; SFORTIA, acerrimè resisti uidet, par cem,

cem, ut falleret, se appetere simulauit, sperans Nico-
laum, prægrauante stipendio, SFORTIANAS
copiae esse dimissurum, ut demum ex occasione in-
cautum exutumq; armis, repentinus inuaderet. Po-
stulabat igitur Otho, ut Nicolaus in colloquium de-
uenire minime grauaretur, ut coram de pace liqui-
dissimè agi posset. Id bis abnuerat Nicolaus ab
insidioso, astutoq; homine dolum ueritus: sed tan-
dem assensit, ut eius perfidiam præoccuparet, res
eo modo composta est ut ambo inermes, binis stu-
ti equitibus, pariq; spacio à suorum agminibus pro-
uecti ad primum à Roberia lapidem militari im via
conuenirent. Aderant Othoni Guido Taurellus, &
Antonaccius Aquilanus clari L ac s: Nicolium ue-
rò, SFORTIA & Michaletus medium tenebant.
Cæterum uix dum cœpi is sermonibus, SFORTIA
præalto, & feroci equo in Othonem repente conci-
tato eum per loricam, quam lacinia teclam frustra
induerat, sub costis gladio transfodit, prostratum
confecit Michaletus: Taurellus & Aquilanus, quum
signo dato undiq; ex insidijs procurreretur, capti:
comitatus uero eorum infugam præceps, magna ex
parte armis. & equis exutus est. Ex ēploq; SFORTIA
promotis castris Parmam contendit: receptus
que à ciuib; q u liberatori, & tyrannicidæ insigni

studio fauendum existimabant, Othonis filium in arce obsedit: Is erat Nicolaus cognomento Guerre-rius, que uox bellicosum sonat. Ea dedita, pari demum euentu, & Regium, & sancti Dominici oppidum, cum triginta amplius castellis in ditionem Atestini deuenerunt: ita, ut fortuna puncto temporis Othonis imperio pariter, ac uite finē attulerit. His rebus biennio conseculis, SFORTIA quū à Nicolao discederet, Monticulo Parmensis agri oppido donatus est: atq; item uexillo, in quo Adamas Turbinatus aureo inclusus annulo depictus erat: quo insigne postea, & ipsum, & posteros eius perpetuò usus fuisse conspicimus.

De diuersitate famæ ex Othonis cæde.

CAP. XXI.

Fvere ea tempestate, qui clarissimi facti nomen accumulata cum laude celebrarent. Porro alij contrā interprætarentur: ut potè qui sacrosanctam colloquij fidem singulari perfidia uiolatam, iusq; gentium foedo in posteros exemplo temeratum, atq; sublatū dictitarent: adeò, ut SFORTIAE, militari iudicio, magna quidem inuidia, sed Nicolao multò maxima conflaretur. Quamobrem SFORTIA, ubi se acrius perstringi didicit, publico in loco, ita, ut à multis

*¶ multis insignibus uiris exaudiretur, in hūc modū
est prolocutus: Desinant, inquit, ex occulto uerbis
criminari, quicquid de Othonē transclū est. Quan-
doquidem ego eum iure cæsum, si quis improbet, sin-
gulari certamine sim ostensurus. An non ego etiā in-
gratus, & nequam existimari potuerim, si prin-
cipi, qui me ip̄sum, copiasq; meas alit, parere, ope-
ramq; præstare recusassim: in eo præsertim homine
tollendo, qui perfidia, & seua tyrrannide insamis,
contra fas, & æquum, sceleratis armis aliena appe-
tebat: quum & ego quoq; immani laceſitus iniuria,
eum priuato nomine, & iure quidem optimo, uel ad
aram fuerim occisurus.*

Quibus Principibus operam nauarit.

CAP. XXII.

Qatuor demum Pontificibus Maximis, & to-
tidem Regibus, aut Dux summus, aut æqua-
li cum imperio operam nauauit: Gregorio XII.
primum, ac Alexandro V. quum Ludouicum II. An-
dagauensem, in paternum regnum reduceret: ac de-
mum Ioanni XXIII. A quo insigni liberalitate,
ut merita st̄ pendia soluerentur, Cotignolam patriæ
dono accepit. Quo munere nihil uberior, aut omni-
no iucundius in toto uitæ cursu sibi euenisſe fateba-
tur, quod honestissimo dominatu parto, cuium suo-

rum Princeps esset effectus. Afferuit demum in libertatem Romanos, Braccio urbe depulso, Legatumq; Vselanum in arce diu obsecsum dignitati restituit, Stephanuccio Cardinale in carcerem coniecto, qui ordinis, & patriæ dignitatis oblitus, auersusq; Pontifici, Braccijs partes sequebatur. Martinus enim in Concilio apud Constantiam, Ioanne in ordinem Senatorium redacto, omnium suffragijs Pontifex renuntiatus in Italiam uenerat. Nec multò post, SFORTIA, uti decuit Pōtificiæ dignitatis assertorem, urbe Roma Iordanu Columnæ tradita (is à fratre Pontifice præmissus fuerat) sacro sanctæ militiæ vexillifer creatus est: ut eo honore, qui in Italia supremus habetur, supra cæteros duces emineret.

De Ludouico secundo, & amore Reginæ
Ioannæ. CAP. XXIII.

A Ludouico Secundo insignem tantum benevolentiam, gratiamq; promeruit, quum ille Ladislao ad Fregellas memorabili acie superato, uictoria uti nesciueret, interrupto scilicet secundarū rerum cursu, pessimus Pauli Vrsini artibus. Transiuit demum magnis, frequentibusq; iniurijs, ab eodem Paulo urbe extrusus, ad Ladislauum. Ab hoc Rege, qui totius Italæ imperium ingenti animo afferabat,

stabat, quatuor oppidis in Samnio donatus est: quā
& antea Franciscum filium urbis Tricarici Comi-
tem fecisset: qui tredecim annorum puer, ut pater-
næ fidei obses foret, ē Ferraria Neapolim aduenie-
rat. Ladislao autem immatura morte surrepto, soro-
ri eius Ioannæ Reginæ adhæsit: iactatusq; est uario
euentu, magnis fortunæ fluctibus: quum modo insig-
ni gratia floreret, modo graui pressus inuidia merge-
retur. Incredibile quidem dictu est, quantos æstus
recepit Reginæ animus, quum insanis amoribus
perditissime descriuiret. Nam Alopo, Urbanus Auri-
lia, atq; eo prætextu legationis in Germaniam able-
gato Caracciolus successerant. His admiscebatur
S F O R T I A, procacibus Reginæ oculis ad amore
pellectus; Eò cæteris grauior riualis, quod omnes si-
mul ingentis animi uirtute, copiarumq; inuidis opi-
bus amerret. Intertantos rerum motus, quibus modo
aduersa, modo secunda & semper instabilis fortuna
S F O R T I A M exircuit, obuenere ei largiète Regi-
na, Beneuetum, Manfredonia, Ba olum, itemq; Tra-
nium urbes, & supra XX. Oppida, partim in Apu-
lis, & Samnio, partim in Brutis, atq; Lucanis. Sed
diductus demum à Regina, quum Sergiani dolis, ac
insidijs peteretur, Ludouico Tertio Secundi filio se-
coniunxit, ita iubente Martino Ponifice, qui Ioan-

26 · SP OR T I A E D. C. VITA

nam Reginæ maiestatis nomen perpetuis stupris dede
coramem , regno exturbandam suscep erat . Sed ar-
mantum iræ , bella , suspicione s eum rebus exitum
dederūt , ut S F O R T I A rursus in gratiam , pristi-
numq; militiæ honorem recipere tur . Quo etiam tē-
pore cum Braccio ueterē amicitiam repetiu it , quū
duo longè clarissimi Duci s. manentibus inducijs , in
colloquium Saccomania in sylvi deuenissent . Descri-
uit demum ab adoptante matre Regina ingra us fi-
lius , Rex Alphonsus : adeò , ut capto Caracciolo in
arce Capuana Reginā oppugnaret . Quia indignita-
te permotus S F O R T I A , obfessæ celeriter opē tu-
lit : memorabiliq; pugna , Rege profligato , Catala-
nos in arcem nouam compulit : neq; postea unquam
ab officio , amicitiaq; discessum .

Quoties prospere , infeliciterq; pugnarit .

CAP. XXIIII.

Septies iusta acie fœliciter pugnauit . ter tatum
alteram fortunam expertus , & ea quidem con-
ditione , ut aduersis aliquantò clarior , quam secun-
dis haberetur . Nemo enim eo constantius hostem
impetum ferre pertinacius resistere nobilis pedem
referre , & deniq; fortius Duci s simul , ac militis of-
ficia implere didicerat : ut potè qui nunquam pro-
pin-

pinquo, & ferienti hosti terga ostenderet : nūquam nisi omnium postremus, & ora ferociter obuertēs,
& acriter repugnans se recip eret.

De Angelo Pergulano profligato. C A P . xxv.

Pisanis graui bello, & prædura obsidione ferme oppressis, quum Angelus Pergulanus, incomparabili uictoria de Heluetijs parta, admodum clarus, qui opem ferret, Aurelia uia, per Senensium orā aduentare nūtiaretur. unus S F O R T I A obuid eundi, reprimendiq; hostis munus alacriter suscepit. Quanquam Bertoldus Vrfinus ad quem bellum summa respiciebat, ne ancipiti prælio pugnandum foret, remoturus à muris castra id consilium damnaret, et minus ab ipso quoq; Tartalia probaretur. Concedente igitur Nerio Caponio legato, qui promptum in eo animi uigorem admirabatur, magnis, ac iniustatis die, noctuq; confectis itineribus, syluisq; etiam, ac impeditis fluminibus, magno labore superatis, improuisus ad hostes contendit. Quo repentino cursu, cum signa è syluis educerentur, tantum terror imparatis intulit, ut Pergulanus bis frustra cōposito agmine, bis pugna strenue instaurata, fusus, fatusq; sit, signis, ac impedimentis omnibus amissis, & uix quarta parte equitum ex uehementi cursu seruata.

seruata. Ad eam quoq; uictoriam memorabile facinus adiunxit, quum d. tracta hostibus saga, equites suos induere, prælatisq; Pergulani uexillis ad proximi oppidi portā procedere felici dolo præcepisset. Id erat Castellionum ab Aprili piscoso lacu Pisca- rium appellatum, in ora maris saxeо tumulo impo- sitū. Nec mora, oppidani eo errore decepti, hostes prosocijs gratulanter excepere. Atq; ita irrumpen- te occupatam à primis portam toto exercitu, oppi- dum captum, direptumq; est. Ob eam rem à Pergu- lano male gestam, desperatis rebus, Pisani, Floren- nis deditioinem fecerūt. SFORTIAE autem, dum uita maneret, Senatus, uti de Republica benemerito, millenos quot annis aureos liliatos donatiui no- mine decreuit.

De Ladislao Rege ad Lyrim superato.

C A P . X X V I .

FO Bello, quo Ludouicus Secundus Andega- uensis, adiuuante Gregorio Pontifice, ipso SFORTIA, ac itē Paulo Vrsino Ducibus, in Apu- lia regnum reducebatur, mirum in modum, cum pru- dentia & militaris, tum in usitatē uirtutis laude, nomi- nis famam adauxit. Ladislao enim Rege, ut fines tue retur, ex Cassinariibus campis alacriter prouecto, quum

quum ob id suspēso admodū Ludouico, Duces cum
clarētur, S F O R T I A pernobili in medium prolatæ
sententia transeundum omnino Lyrim annem, atq;
e uestigio hostes inuadendos censuit: quod cuncta
ri, & sedere arma inferentibus, ineptum, et exitiale
uideretur. Itaq; Lyri supra Fregellas, uado supera
to, collatis signis est dimicatum: & eo quidem euen
tu, ut profligato Rege, & prostratis eius copijs, ca
strisq; etiam & signis, ac Ducibus captis, uictoria
inter memorabiles pararetur. Eo die SFORTIA, cū
eta moderatus, instruxit aciem: et primum agmen in
hostes induxit, ita, ut ferē omnium primus fortissi
mum quenq; se sequi iubens, inclinata, adpressaq; la
teri hasta, purpureis insignibus conspicuus, Nicola
um Campobasse Comitem, qui auratis armis resul
gens, & præalte cristatus eminebat, ingenti ictu
prosterneret, & caperet: ipseq; demū, uariane for
tuna, ut fit, crescentibus uiring; auxilijs, in omni fe
rē pugnae loco, atq; periculo & præclarus adhorta
tor, & bellator accerrimus conspiceretur. Vsus est ea
die incomparabili equo spadice alternos pedes usq;
ad genua calciato, cui ab agilitate Cato nomen erat.
Primā igitur uictoriæ lauream Ludouicus S F O R
T I A E detulit, inuidente Paulo Vrsino. Quod non
multis inde annis Ladislaus, ambobus Regijs in ca
stris

stris ad Tudertū militantibus, præclaro testimonio
confirmauit: quū præsentii Paulo, SFORTIAM
interrogans, dixisset: An non, & hoc oppidum ex
pugnabis, qui ad Lyrim cū illo Cato equo tuo ubi
que pugnax. & uehemens, me ipsum, copiasq; meas
profligasti? Quæ uerba in Pauli animum iam antea
cæco liuore corruptum, profundè admodum descen-
derunt. SFORTIAM enim uir superbus, neq; su-
periorem sibi, neq; parem existimari uolebat.

De prælio ad Aquilam feliciter commissio.

CAP. XXVII.

Quum Regina delitijs, amoribusq; uacaret, et
Alopus Regio planè fastu rerum potire-
tur, capto demū SFORTIA, pleriq; regni Proce-
res ab ea defecerant. Sed ante alios Alopum, Regi-
namq; terrebat Antonaccius Regulus, uir bello cla-
rus, qui Aquilā ualidissimam urbem occuparat: Is ter-
ror SFORTIAE saluti fuit. Custodia etenim edu-
ctus, instructo ualido exercitu, Aquilam contendit.
Cum castra ad urbem proferrentur, Antonaccius, ui-
ribus ac ingenio ferox, minimè dubitauit, quin co-
pias omnes militares, atq; item Aquilanorum iuuen-
tutem, & ingentem armatorum agrestium manum
educeret, & magna loci fiducia, & populari quadā
alacritatē.

elacritate infestis signis in SFORTIAM deferre
retur. Ferunt SFORTIA M temeritate, ac insolē
tia hostium permodum risisse paululum, monuisseq;
Præfectos, ut confertum maximeq; dñsatum cata-
phractorum agmen irruentibus obijcerent, nihil au-
tem loco moueremur, donec ipse quid fieri uellet, tu-
ba signum dedisset. Erat in dextra, acclivis locus, i-
bi cohortes locat: ad leuam, planiore in loco leuem
armaturam equestrem lunata a' a feso ostentare in-
bet: ipse subductus ē medio agmine delectis aliquot
turmis, magno itineris flexu, in tergo nihil tale pu-
tanibus feso ostendit, ita ut nouissimos hostium exe-
entes porta partim intra urbem compelleret, par-
tim ab urbe exclusos, & ad suorum extremum ag-
men configentes persequeretur. Tum uero signo tu-
ba dato, & peditatus ab acclivi loco repente in la-
tus hostium decurrens, & leuis armaturā ē diuerso
expansis alis concitata, in medios impetum fecere:
Cataphractus quoq; equitatus à fronte irruentū im-
petum egrege excpt, atq; sustinuit: Ac eodem ferē
puncto tēporis SFORTIA cœdidit terga. Quibus
malis undiq; circunuenti Aquilani, in medio cœsi, et
ad unum ferē omnes cum Ducibus, atq; uexillis cap-
ti, temeritatis pœnas dederunt. Qua calamitate per-
moti, qui in urbe restiterant portas uictoribus ape-
ruere,

ruere, orantes SFORTIAM, ut uictos pariter, et deditos conseruaret. Nec mora, captiuos omnes una uoce liberauit: Antonacciumq; imprimis, & Decuriones urbis cœnæ adhibuit. Tanta re patrata, conse-
ctoq; bello sine suorum uulnere hortatus est. Aquilanos, ut Reginæ nomen in posterum fidelius coleret, & ad impetrandam erroris ueniam ipsius authoritate, ac officio uterentur: se libentissime intercessu-
rum pro his, quos incolumes conseruasset, quam iu-
re belli diripere atq; interficere posset. Id uero for-
tunæ fuit humanis rebus illudentis, Aquilanos pau-
loante superbia elatos, ingentiq; mox fractos cala-
mitate, & demum subito, atq; insperato gaudio ex-
ultantes confixerisse. Quo Aquilanorum exemplo
adducti, Iulius Cæsar Capuanus, qui Capuam occu-
parat, & Carolus Martianus, et Christophorus Ca-
ietanus, restitutis urbibus, ac oppidis, ueluti despe-
rantes, consilioq; depulsi, SFORTIA uade, fidèq;
suam Reginæ nomine præstante, ad officium redie-
runt.

De Tartalia ad Thuscanellam deuicto.

CAP. XXVIII.

Tartaliam inimico simul, ac hostili animo per-
secutus, ad Thuscanellam improvisa acie pro-
fligauit.

fligauit, ulturus iniurias, quas superiore anno, dum
in custodia seruaretur, acceperat. Noctu enim à di-
uersa Vite bij porta, ut speculatores falleret, cum
expeditis copijs prosector, pedites caua in ualle oc-
cultauit, ut ex insidijs, quum signum pugnæ datum
foret, extemplo profilirent: Turmas uero quatuor,
cū Sanctoparente, obliquo itinere locatas statuit: ip-
se cum robore equitatus intra syluam constitit: uti
præceperat, premisi leuis armaturæ equites, præ-
datorum specie, armenta pascentia corripere, fuga-
tis agrestibus, cœperunt. Tartalia ad clamorem ex-
citatur, familiam armat, prædan abigentium tergis
inhærere iubet: crescēte tumultu, oritur præliū. Au-
ctis numero hostibus Tartaliani equites ad tubæ cā-
tū sub signis porta effundūtur. Nec se cōtinet Tarta-
lia, quin ad ferendam opem cum globo cataphracto-
rum erumpat. Tum uero erupere ē syluis undi-
que Sfortiani: pugnatumq; est, ac si alias unquam
longè fortissime. Sed premente SFORTIA acri-
us, sternenteq; signa, Tartaliani intra portam sunt
compulsi, magno accepto detrimento, maioreq; Du-
cis periculo, qui inuectus per pontem irrumpenti-
bus simul Sfortianis casu quodam seruatus est:
quum Hugonem Sfortianæ turmæ præfectum, ue-
hementi offensione ab cathena pontis in fossam de-

C tur.

turbatum, reliqui impedito, atq; occupato ponte subsequi nequiuissent. Nam Tartalia saucius, & multo perculsus metu extemulo cataractam demitti iubit, ita ut alienæ salutis oblitus tertiam strē suorum partem excluderet. In his Donatus Lauellus Tartalæ frater fuit. Captus est & in oppido Pellimus Cotignola Dux turmæ fortissimus: qui cognitum Tartalam, magnisq; ictibus ferre & clavis percuſū, ut caperet, fuerat infecitus. Eo prælio FRANCISCUS SFORTIAE filius sextūdecimū natus annum, quod antea ei pater minimè concesserat, in aduersos hostes alacriter hastam pertulit: subinde que cingulo militari, et calcaribus aureis, præclaro etiam hostium testimonio exornari promeruit.

De pugna ad Sebethi pontem egregiè depugnata. CAP. XXIX.

MEmorabili autem ea acie, qua iuxta Neapolis ad Sebethi amnis pōtem pluribus horis est dimicatum, mirificæ virtutis laudem tulit: præclaro maximè Alphonsi Regis præconio confirmatam, qui tum hostis, & spectator è trireme cuncta oculis obseruarat. Reducebat tum SFORTIA Ludouï cum IIII. Andegauensem in auita, paternaq; iura Neapolitani Regni, authore Martino Pontifice: quū Reginam

Reginam seuerè aliquandiu, & frustra demum cavigitatem armis omnino persecundam censuisset: quod nihil fame sue parceret. nec ullo dedecoris metu, aut respectu Christianæ pietatis permoueretur: ut potè que iampridem contrafas, & Regium decus, amatoris Sergiani intolrandæ libidini nobilissimi Regni nomen, & diuina, ac humana omnia subiecisset. Ob id impotens sui mulier libidine simul, atq; superbia exardens, Alphonsum in Corsica bellum grente euocarat, adoptaratq; in filium, ut Hispаниcis opibus uim Galli hostis popu'saret. itaq; multis ante diebus oppugnata, & ex insidijs per arqueductum, & obsoletam portam semicapta Neapoli, & Ludouicus in Sfortiana castra ad Auersam peruenit, & Alphonsi onerariæ, & rostratæ nauis ad Oui arcem appulerunt. Quamobrem S FORTIA, & nauandæ operæ, & ostentandæ virtutis cupidus ad Sebethum usq; castra promouit. Inde sex stadijs ad urbis portas, præmissis leuis armaturæ equitibus, non modo Reginæ stipendijs addi etos, Vrsum Vrsinum, & Iacobum Candolæ, & Bernardum Cartheium Duces, uerum & equites Catalanos, quos Alphonſus aduexerat, & Neapolitanos cum maximè equitatui studentes ad præliū exciuit. Comissa est pugna paribus animis: sed Alphonso

6 SFORTIAE D. C. VITA

triremes ad litus admovente, & lapideas pilas tormentis in opposita hostium latera saepius emitente, ter repressa est SFORTIAE uirtus. Sed detersa tormenti ictu ab casside crista, ab eo ardore pugnam restituit, & signa intulit, ut pulsi loco hostes tergadarent, & dissipato agmine cum multa equorum, ac hominum strage intra portam compellerentur. Tum uero SFORTIA uictor, ut Ludouico simul, ac Alphonso designatis Regibus ardorem, studiis suum ostentaret, in praetexta ad portam munitione Andagauensem signa præfixit, tutatus ea per semihoræ spaciun ne à quoquam prius, quam se recipere, impune tollerentur. Eo prelio id certe memoria dignum accidit, ut uirtutis amore Alphonsus in eum unum tormenta naualia dirigi uetaret. SFORTIA uero pariter ediceret, ne currulibus tormentis in litore constitutis triremis Regia peteretur. Nam Squarcia Monopolitanus inter Sfortianos bellator accerrimus, quū suffosso equo captus, et ad Regiam triremem scapha perductus, petente Rege, prugnante SFORTIAM digito commonstrasset, ille pernobilis, & plane regia humanitate, parcendum cum Duci eximio, tum bellatori fortissimo protinus edixerat.

De

Missus à Regina cum ualidissimis copijs, ut urbem Romanam impotenti Braccij domina tuliberaret, ad promerendam eo insigni beneficio gratiam apud Martinum Pontificem, inter Appiā, & Latinam portam castra locauit. Inde quū Braccium, uel missa per praeconem cruenta ad eum cheirotheca, ut iusto prælio certaretur, frustra prouocasset, supra Ostiam demum Tyberi ponte constrato, exercitum traduxit, tanta animi magnitudine, ut etorūq; fiducia, ut dubitantibus, sciscitantibusq; Præfectis, an ullum haberet amicum, à quo comeatum esset petiturus, comprehenso gladij capulo, responderit: Hic uiris, & fortibus omnia fœliciter expediet. Atq; ita pontem rescindi iussit. Ad eius rei famam, adeò mente commotum fuisse Braccium ferrunt, ut diffusus Populo Romano, nec conclamatis quidem uasis, multisq; relictis impedimentis, per Milium pontem se proriperet, atq; inde recisa pontis parte, ne hostis insequi posset, in Umbriæ fines citato agmine deferretur. Sed compositis iam urbanis rebus, Picinimus à Braccio circa Preneste cum parte exercitus relictus, quum, infesta populatione circa

urbem Romanorum armata diriperet, et Romanos
primò, ac ipsum deniq; SFORTIAM, ut opem
ferret, ad prælium exciuit. Pugnatum est uario euen-
tu, et utrinq; semper acerrimè præter aquæductum:
quum Picininus prædam tueri, & Sfortiani, Ro-
maniq; iam longè ab actam recuperare, summa cō-
tentione decertarent. Ad extreum admisente, co-
hortatèq; SFORTIA Bracciani profligatur, om-
nisq; itē præda recipitur, capiturq; ipse Dux hostiū
Picininus, ad augendam Romanorum, Sfortiæq; le-
titiam. Is tandiu in Capitolio ualde humaniter, ac li-
beraliter custoditus, non prius est emissus, quam im-
petrante Braccio Sfortiani milites, Ducesq; à Tar-
talia in insulas Vulsinij lacus relegati, facta permue-
tatione, ad SFORTIAM incolumes peruenerunt.

De Alphonso Rege acie profligato.

CAP. XXXI.

Longè autem nobilissime, secundissimeq; cum
Alphonso Rege conflixit: quum ille ingrato &
nimo, atq; impijs armis Reginam matrem oppugna-
ret. Procurante enim Martino, nec abnuente Ludo-
vico ad Caetam pace facta, & restitutis demum A-
cassis, SFORTIA Reginae, Regisq; militiæ fuerat
adscriptus, ea conditione, ut præoccupanti exigen-
tijs

tiq; operam nauaret. Eo tempore Alphonsus regnā-
 di audius, neq; probra famosæ matris, neq; portēto-
 sam Sergiani potentia ferre poterat. Itaq; fœlici a-
 stu, simulata ægritudine, illeclū ob id Sergianum, ac
 officij causa, ut decumbenti aßideret, in arcem nouā
 uenientem cum uniuersa familia comprehendit, cor-
 reptisq; repente armis, cum delecta ad id Catalano-
 rum manu, ut Reginam opprimeret, ad Capuanam
 arcem aduolauit. Sed magno casu, renuntiāte Sergia-
 ni casum puerō, qui facile inter crura custodū por-
 tæ elapsus accurrerat, Regina seruata est. Iam enim
 armatus Rex prioribus equi pedibus pontem attige-
 rat, quum à Damiano Centurione, reiecto per fre-
 num equo, ianua est prohibitus. Nec mora, accitis
 undiq; copijs, circunsideri, oppugnariq; missilibus,
 atq; tormentis coepit. Peruasere tamen cum literis
 Reginæ ad FORTIAM nuntij, maturam opē per
 ditis rebus implorantes. Itaq; SFORTIA à Mira-
 bello, insigni celeritate, Neapolim, promotis ad arcē
 copijs, profectus, per idoneos homines oravit Regē
 fœdo incœpto absistere, nec à scemina eadem ex ma-
 tre oppressa (quod à uirtute Regij animi alienum ui-
 deretur) gloriam appetere uellet. Se enim officij lege
 præoccupatum Reginæ saluti deesse non posse: sed
 daturum enixè operam, ut Regina eum ex aquo re-

gnare pateretur : tollerenturq; dissensionis cause :
 quod factu facile foret : Quandoquidem Sergianus
 in ipsius manu esset : à quo Reginæ animus ad omnē
 consilij casum expositus dependeret. Ad ea Alphon-
 sus elatè respondit : Se SFORTIA armato, disce-
 ptatore, atq; arbitrio uti nolle. Nec multò post, ma-
 gnis accitis undiq; copijs, Regio spiritu egressus ur-
 be, collatis signis, cum SFORTIA dimicauit. Eo
 prælio uera uirtute, & uario sepe euentu, quū mul-
 tis horis pugnaretur, ad extreum SFORTIA,
 fœlici consilio, hortorum macerias in latere hostiū
 disiecit, ancipitiq; acie circumuentos hostes fudit:
 tanta ui in transuersos inuectus, ut penè Rex ipse in-
 terclusus caperetur. In ea equorum, ac hominū stra-
 ge, SFORTIA primū Regie alæ Signiferum sua
 manu confudit: captaq; sunt equitum ad duo millia,
 & in his nobiles Catalani centum uiginti: Illustres
 que uiri Raimundus Perillius, Ioannes Mocata, Ber-
 nardus Contellia, & Lupus Corellia. Eodem uicto-
 riæ impetu in arcem Alphonsus est compulsus, ita, ut
 à Neapolitanis, Sfortianisq; Catalanorum o-
 mnium domus in prædam
 uerterentur.

De infœlicitate prælij ad Viterbium.

C A P . XXXII.

INfœlici porro euëtu ad Viterbium cum Braccio pugnauit: sed desertus, & proditus à Giliberto, & Nicolao Vrsino, qui cum Braccio, paucis ante diebus, occulto fœdere iecto, ubi occasionem fortuna præbuiisset, se SFORTIAM in acie deserturos promiserant: Cuius sceleris indices tabulas Nicolai subscriptas manu, Braccius in colloquio ad Saccomaniam syluam SFORTIAE postea ostendit. Dicatum est Cassia in uia, non longè à Bussetanis aquis, quum Tartalia transuictis per vulnium lacum copijs suis Braccio se coniunxit, qui ab Arispampano, et à Balneo Regio (id Feroniæ lucus fuit) ad montem Faliscum peruenerat. Pugnauere summi Duces, summis incensi odijs, summisq; uel ob id annixi uiribus, à meridie ad occasum solis: quum nemo (teste demum uictore Braccio) è tantis copijs (quandoquidem ab octo milibus equitum pugnaretur) ipso SFORTIA, aut maiore arte, aut uchemētiore impetu, aut diuturniore constantia dimicasset. Ceterum SFORTIAM frustra reuocâtem suos, ut in prælium redirent, letale uulnus ceruice acce-

c s ptum

42 SPOR TIAE D. C. VITA

ptum tardauit, amissis subinde mille et septingentis
equitibus. In his capti sunt quadraginta octo Praef-
ecti, et Centuriones, uirtute uero maxime illustres,
Foschimus sororis filius, Acatabriga, Mannusq; Ba-
riles, quos Braccius in Vesentinam, Martanamq; in
sulas custodiendos misit.

De clade ad Cryptam accepta.

CAP. XXXIII.

Vlturus iniurias à Sergiano sibi illatas, qui
diu uenena, et sicas frustra pertentarat, stru-
xeratq; dudum insidias ad Sarni pontem armato ex-
ercitu, Neapolim intravit, inclamantibus Sfortianis
Regimæ nomen: Sergianū uero ad necem deposceti
bus qui impotenti superbia, malignitateq; diuina, ac
humana iura cōturbaret. Fauebat SFORTIAE
nobilitas omnis, cuius cōcursu, authore Frācisco Mo-
rimino, porta intranti patefacta fuerat. At Sergia-
nus tanto metu conternatus, quod uiribus esset im-
par, ad dolos se conuertit: emittiturq; arce Franci-
scus Vrsinus, authoritate insigni, q SFORTIAM
adeat, nomineq; Regimæ oret, ut ab armis discedat.
Fore enim, ut æquissimis cōditionibus ea controuer-
sia ad otium deducatur: Non debere cum, quum pri-
uatis

Natas iniurias ulcisci properaret, publicarum rerum
salutem in periculum deuocare, læsa præsertim, &
fugillata Reginæ maiestate, quæ eundem cum Ser-
giano, conturbationis, atq; molestiæ casum subire
cogeretur. Ad ea SFORTIA respondit: se, uti an-
tea Regine nomen in omni fortuna spectata fide co-
luisse, ita & tum eius causa iniurias omnes, & con-
tumelias animo depositurum, modo ipsa se traduci,
& circumagi fallacissimis Sergiani artibus minime
pateretur. Ita comineante sepius Vrsino, & res com-
positas simulante, & prædicante, ut cogendis, in-
struendisq; copijs spatiū daretur, ad id SFORTIA,
postularie Regina, adducitur, ut copias edu-
cas urbe in suburbana Corregia transferet. Ea sunt
contra Arcem nouam, & ad subiecti litoris plagam
hortorum amoenitate per celebre extenduntur. Per
hunc modum tanio armorum impetu, spe pacis ad
otium compresso, quum SFORTIA nihil omni-
no timendum putaret, spatiareturq; inermis in lito-
re, Vrsinus magna armatorū coacta manu, improvi-
sus erupit, in cōpositos adoritur, funditq; tāta celeri-
tate, ut SFORTIA semimermis inopinati periculū
casum excipere cogeretur. Sfortiani toto eo litore fu-
gati ad Crypta perfoſi, à Cocceio Pausilippi montis
peruenere. Ibi aliquādiu SFORTIA, globo facto
pugnam,

44 SFORTIAE D. C. VITA

pugnam substiuit: ipseq; demum per Cryptam subsecutus, Casale Principis euasit, amissis quingentis e'quitibus. Sed demum refecto exercitu ab Aurilia familia Acerris receptus, tanta ui demum ad oppugnādam Neapolim est reuersus, ut Sergianus filios obſides dare, sarcire detrimentum ad Cryptam receptū, remissaq; potentia parem ferre cogeretur.

De infœlici pugna ad Capuam.

CAP. XXXIIII.

A' Braccio quoq; tumultuaria pugna superatus, ad sancte Marie Burgum, quo in loco ueterem Capuam fuisse constat, sexcentos amplius equites amisit, adeò, ut à Braccianis, Acatabriga, atque Iannucio captis, Tartalia primum, & ipse demum SFORTIA ad Auersam usq; pelleretur. Occultarat enim Bracchius aliquot turmas prædensa in sylua, que ad siliceum Glanij pontem, Atellanamq; viam pertinebat: quarum eruptione, quum in transuersos impetum fecissent, primæ pugnantium alæ, reliquis interclusæ profligateq; sunt. Cæterū Bracchius, ubi Capuam est reuersus, de Iannucio uiro fortissimo supplicium sumpsit, quod paucis ante annis ab ipsius castris, exacto stipendio, sed nequaquam impletata missione discessisset.

Quoties

Quoties prælio, & infidijs fit captus.

CAP. XXXV.

SEmel omnino manu hostium, bis inimicorum
fraude captus est. Ceterū adeo fœlici sorte, ut
e calamitate seipso semper maior, & clarior euaserit.
Siquidem præter honores, & opes, quas obiter
ab innocentia, præclaraque uirtute affluenter est con-
secutus, etiam illi (quod in summa totius uitæ iucun-
dissimum uidetur) opportune, atque fœliciter euenit,
ut inimici eius ferè omnes, admirabili Deorum im-
mortalium iudicio plecterentur.

De prælio ad Casalecium facto.

CAP. XXXVI.

EO insigni prælio, quo ad Bononiā, iuxta Rhe-
ni pontem Bernardonus vir Gallus Pontificis
Florentinorumque, & Bononiensiam Imperator su-
peratus, captusq; est Alberico, et Vermio Ioannis
Galeacij Ducibus, SFORTIA et ipse in potesta-
tem hostium deuenit. In eum enim constantissime
dimicantem, & deserente locum Tartalia, à latere
præsidio nudatum, Facinius Canis Dux acerrimus,
cum densata ala Cataphractorum equitum irrupit,
adeo

adeo uehementi, improuisoq; impetu, ut multis prostratis, & ipse SFORTIA equo per armos hasta perfozzo deturbaretur, superincidentibusq; uictis simul, atq; uictoribus, plane oppressus summum uitæ periculum adiret. Vbi uero Alberici beneficio astris hostium se explicuit, ingenti animo gregarios milites, qui exuti armis, & equis, more militiae, dimittebantur, cohortatus est, ut bene sperarent, & se Duce Florentiam uenirent: fore enim, ut accepta in commoda Senatus liberalitate & cura sarcirentur. Ita ipse pedes Apenninum transgressus, portæ urbis applicans, ut erat puluerulentus, recta in Curiam contendit, trecentos amplius uiros fortes adducens. Patres conscripti, inquit, nos uestri milites, uti oportuit, pro dignitate uestra, & militari laude impigre pugnauimus: fortuna autem quod uoluit, & potuit, insolenter effecit. Ceterum si digni sumus, qui in uestra benignitate, armis, & equis instruamur, dabitur nixè operam, ut uos iudicij uestri minimè peneiteat, & nos uberiore stipendio digni uideamur. Placuit Senatui in eo publico omnium dolor gene-
rosi, infractiq; animi uigor: extemplo que SFORTIA, accepta largè pecunia, & refectis surmis, duplcatam numero equitum præfecturam obtinuit.

Quo-

Quomodo ex insidijs sit captus.

CAP. XXXVII.

Malignitate porrò, & parum uirili insidia-
rum genere Pandulphi Alopi circumuen-
tus, & in Arce noua Neapoli custodiæ tra-
ditus per quatuor menses nihil mitius expectauit,
quam, ut à carnifice conficeretur. Id enim unum
ab improbis, ac imbellibus, quibus ex ignobili me-
tu inhumana crudelitas inesse soleret, omnino ti-
mendum arbitrabatur. Quandoquidem illi naturæ
uitio, uiros fortes, & illustres, infantesque præser-
tim, non capere, aut forte captos, non temere un-
quam dimittere, ueluti exacerbatis iniuria eorum
animis consuefissent. Erat Alopus natalibus clarus,
sed decore formæ, & morum illecebris maxime
insignis, quibus Reginam, fracto pudore insanien-
tem ad amorem pellegerat. Ea enim, uti iam pri-
dem uidua, sublato scilicet marito, qui erat ex Au-
stria domo, Norici Regulus, ac demum orbata fra-
tre Rege Ladislao apertius atq; liberius, ut libido
extimularet, amoribus uacabat, adeo, ut Alopu[m] æ-
varijs præfectura ornatum, ueluti confortem impe-

rū,

rij, & rerum omnium arbitrum, Neapolitani Gr^e,
corum more, in adulationem promptissimi, Regis
honoribus percolerent. Is diffusus summo gratiae lo-
co, qui tum maxime lubricus uidetur, quum ad fasti
gium proprius accedit, SFORTIA M tanquam ri-
ualem suspectare coeparat, Regina scilicet, ubi à gra-
uiissimarum rerum consultationibus discederetur, fa-
miliarius, ac blandius cum SFORTIA iocos mi-
scente. Tanta enim erat in eo uiro staturæ dignitas,
& frontis honos, & in sermone alacritas militaris,
ut Reginæ animum ingenitæ libidini semper obtine-
perantem, facile occupare posse uideretur: ut inde,
qui, & gloria sua, & militiae opibus tantus erat, uia
liudissimo gratiae nexu confirmatus, ut summi Ducis:
& deniq; Regis nomen usurparet. Itaq; liuore, atq;
perfidia Pandulphi, SFORTIA nouo calumnia
genere oneratur, subornatis, qui dicerent, non incer-
ta fama circumferri, SFORTIA M ante omnes
delectum esse, cui Regina nuberet, maturisq; iam nu-
ptijs fore, ut Rex intra paucos dies appellaretur.
Per hunc modum nihil tale suspectans SFOR-
TIA, ex coenaculo in cubiculum ductus, atque in-
de custodiæ traditus est. Sed in eum nihil durius,
& atrocius statuente Regina, nec obstante ta-
men impotenti amatoris coepio, plane accidit,

cidit: ut nemo è tanti copijs, totq; præfectis, uti spe
rarat Alopus, à S F O R T I A deficeret: sed in unū.
Sfortiani omnes, Laurentio Duce, ad urbem Clu-
sium cogerentur: peruasuri infestis armis usque
Neapolim, ut Ducis iniurias vindicarent. Per oppor-
tune quoque sub id tempus allatum est, Iulium Ce-
sarem ē familia Capuana, Capuam unde erat oriun-
dus, occupasse: Christophorum item Caietanum de-
fecisse à R e g i n a , & Iacobum Candolam, qui Dux
bello clarus erat, Aquilanos ad defectionem impu-
lissee. Qua rerum neccesitate adductus Alopus, quū
nemo esset, qui ipso S F O R T I A melius, atq; præ-
sentius Reginam tutari, rebellantesq; compescere,
& persecui armis posset: S F O R T I A cum nul-
tō uerborum honore custodia educitur: datisq; ob-
sidibus, & accepta ingenti pecunia, gerendi belli
cura ei protinus demandatur, ea conditione, ut Ca-
tellam Alopi sororem, matrimonio sibi adiungeret:
Qua affinitate cum Alopo syncera fide in gratiam
redijisse testaretur. Obsidum Princeps fuit Fran-
ciscus filius, qui postea uirtute animi, & foeli-
citate rerum gestarum, omnes eius
ætatis Duces anteceſſit.

d Quomodo

Quomodo ad Beneuentum sit
captus. CAP. XXXVIII.

Paribus quoque insidijs, sed multò acerbiore periculo, & calamitate maximè diuturna, iterum in carcerem est coniclus. Nupserat Regina Iacobo Martiæ Comiti uiro, è Narboneusi Gallia, Regijs natalibus orto, nulla honestiore de causa, quam, ut impudicitiae probra accepti coniugis imagine tegerentur: cæterū ea conditione, ut is Regio nomine penitus abstinaret, & Tarentinus Princeps appellaretur. Miserat Regina, qui eum è Manfredo nia Neapolim uenientem exciperent: ipsum ante alios SFORTIAM, qui Magisterij equitum honore longè amplissimo cæteros anteibat, et cum eo Perettū Allobrogem, Regiæ Aulæ Præfectū, Troiæ Comitem, atque item Iulium Cæsarem Capuanum, cum Fabritio fratre, & Cecholinum Perusinum, alias equitum ductantem, homines glori æ, ac amplitudini SFORTIAE plurimum inuidentes. Hos diserte etiam atq; etiam Regina monuerat, preceperatq; ut Iacobum non alio, quam Principis nomine salutarent. Verum, ubi in in conspectum est deuentū solus SFORTIA, cæteris omnibus, magno astu, et repentina perfidia in adulationem procumbentibus, Reginæ mandatis paruit: neque uel præsentis

sentī exemplo adduci potuit, ut eo scelere Reginant offendaret, ac officij, pariter et libertatis oblitus impudenter assentaretur. Ita, uti coniuraranter ueteres SFORTIA hostes, Iacobum adeunt, in SFORTIAM, falsis uera miscentibus, peracerbè, & grauiter inuehuntur: addūtq; magnis pollicitationibus, si animum Regio nomine dignum cōceptis afferre uult, se omnes strenuè operam nauaturos, ut ei certissimo Procerum studio, et secundissima Populi uoluntate, nec demum succensente Regina, Regiae dignitatis corona deferretur. Sed antè omnia, Reginam duabus impotentibus mœchis, atque latronibus omnino liberandam uideri, qui Regnum pro libidine lacerandum, euastandumq;, subacta pessimis artibus Regina, arroganter occupassent. Hos esse Alopum & SFORTIAM: Sed illum postea Neapoli facile tolli posse, si præsentem SFORTIAM celeriter oppressissent. In hunc modum inita conspiratione, per assuetos cædibus satellites, quorum Sclauettus ex Illyrico Princeps erat, eum in itinere confodere statuerunt: quum in uado Caloris annis incautus, et à suis disiunctus facile confici posse uideretur. Sed percussoribus demum ad patrandam tanti uiri cædem animus defuit, quum insidentem militari equo, cui aſſessoris fiducia, Sperantio nomen erat, quadra
d 2 togz

toq; suorū agmine, et minaci uultu ammem transges-
 sum formidassent. Certis enim conjecturis uir acu-
 tus clam ab se quædam imp̄rari, et minaq; compo-
 ni animaduerterat, notaratq; pallentia ora in qui-
 busdam, qui atrocia, et periculosa suspensis animis
 agitare uidebantur. Sed nihil adeò sœuum aduersum
 se parari posse, uir adapertus, et generosus ad ani-
 mum admittebat, adeò, ut in Arcem Bencuentanam
 ad Iacobum ascendere non dubitarit. Ibi ex compo-
 sito, quum Iulius Cæsar spurcissimo ore, maledictis
 agendo perfidiæ crimen obiectaret: contraq; ipse
 succensus ira, et calumniæ indignitate permotus,
 eum tāquam improbè mentientē in singulare certar-
 men militari prouocatione deuocaret: spectante Ia-
 cobo, res eò deducta est: ut Perettus, et Cecholinus,
 simulatione officij altercantes dirimerent, compre-
 hensosq; in diuersa cubicula diducerent. Sed Iulius
 statim est dimissus. SFORTIAE autem manicæ
 ferreae statim iniectæ. Nec mora, magno concursu
 facto SFORTIAE domus diripitur, equites uer-
 tuntur in prædam, captiq; tres liberi eius, et pro-
 pinqui ferme omnes custodiæ traduntur, uno exce-
 pto Sanctoparente, qui initio tumultus talia
 suspectans, atq; opportunè diuinans
 fœliciter effugit.

Quo

Quomodo Iacobus ex Principe Rex
sit appellatus, & SFORTIA ser-
uatus. CAP. XXXIX.

Capti SFORTIA Iacobus Neapolim ue-
nit, prodenteq; nouam Arcem Auersano Cen-
turione, cui à contrario cumentu Seruatori nomen e-
rat, ea potitur, Paulum Vrsinū liberat, intersectoq;
Pandulpho Alopo, nuptiales mensas eius sanguine
conspexit: nec multò post Reginam coniugalis qui-
dem thori confortem facit, sed crepta totius Imp-
erij potestate multis onerata probris, & seuerè ca-
stigata, ne diffugiat à Gallis custodiri iubet: Regios
titulos ipse usurpat, et Gallis honores, præfecturas,
& Magistratus dilargitur. Interim SFORTIA
deuectus in insulæ Megaris arcem, cui ab Ovo nomē
est, acerbissimis tormentis cruciandus Bernardo bar-
baro homini traditur: ut expressis tesseris questio-
ne, ea oppida reciperent, quæ Sfortianorum impe-
rio tenebantur. Nec suprema tamen uis, uti ante i de-
cruerant, uitæ eius afferretur. Tot enim acerrimos
Duces, propinquos eius, tantasq; copias ueterano-
rum militum, amore, & studio incredibili, multisq;
beneficijs, & diuturna consuetudine Sfortiano no-
mini addictas formidabant: utpote qui eius rei peri-
culum, superiore anno improsperè factum fuisse me-
e 3 minerant.

minerant, Porrò Sfortiani milites fuga ad Petreæ fixæ oppidum in Samnio coēunt. Michaletus, et Laurentius Attenduli, & Sanctoparens infesta populatione in suburbanas usque villas, portasq; Neapolim deferuntur. Ob id Iacobus copias conscribere cogitur, quibus Iulius Cæsar, & Cecholinus hostem reprimant, & Tricaricum urbem expugnent, quam Laudislaus Francisco SFORTIAE filio, præclaru pueri indole adductus, dono dederat. Erant in præsidio Michaletus ipse, et Michelinus Rabinianus, cui Margarita SFORTIAE soror, Foschini, & Marci Attendulorum mater, defuncto pri ore marito, denupserat. Ii de SFORTIAE salute solliciti, opportunitè de inducijis, compositioneq; agere coepérant, factaq; potestate impunè cōmeandi è castris hostium, summa nobilitatis homines Tricaricum uenerant, Antonellus Pudericus, Ruffus Caietanus, & Angelus Vellianus nouæ Arcis præfetus. In hos Margarita fraternæ uirtutis æmula, arrepto uenabulo loricata impetum fecit, comminataq; acerbiſſimum mortis genus, ni fratrem incolumen sibi redderent, legitimo iure captos comprehendit: quando ab ipsa, quæ Tricarici imperio, & ditione potiretur, nequaquam autem à Michaleto, Michelinoq;, quibus nullum in ea urbe ius esset, fides petenda fuisset. Id uirile faci-

nus haud dubiā SFORTIAE necem auertit. Extemplo enim à legatorum propinquis, concursu ad Regem factō, facile impetratum est, ut SFORTIAE parceretur.

Quibus conditionibus SFORTIA
necem effugerit. CAP. XL.

His autem conditionibus inter Sfortianos, et Regios, res compositae sunt, ut tradito Tricario, et remissis legatis SFORTIAE liberi, et propinqui omnes, ac milites dimitterentur præter Franciscum, qui ad solatium præteritæ calamitatis in liberiore iam, humanioreq; custodia cum patre relinquebatur: Laurentius autē, et Sanctoparens, mille equitum stipendia sub Rege mererant: Michaletus quoque, uti luberet, cum Leone, Ioanne, Alexandroq; SFORTIAE liberis in Heturiam proficeretur iureiurando que Rex promitteret, nihil se postea SFORTIAE nocituru: Margaritæ item potestas esset, ubi uellet Neapolitano in Regno considere: Idemq; liceret Catellæ SFORTIAE uxori, quæ in tanto rerum tumultu ad sacras uirgines in templū Diuæ Claræ cum Lisia priuigna consugisset. Michaelo quoq; concessum, est, ut quoties uellet, SFORTIAM miseret, alloquereturq; sine arbitris: Isq; demum approbante adhortanteq; SFORTIA,

ad Bracium, ueluti ad ueterem amicum, tuerentur
SFORTIAE oppida in Hetruscis cum sexcentis
equibus contendit.

De suppicio Cæsaris, & SFORTIAE
Fælicitate. CAP. XLI.

Pacato Regno à Sfortianorum incursionibus
acobus nihilosecius Reginam in custodia con-
tinebat. abutebaturq; imperio adeò insolenter, ut so-
lis Gallis cuncta deferret. Italicos uero homines usq;
ad fastidium omnino reiceret atque contemneret:
et deniq; illustrium amicorum obliuisceretur, qui
cum summo scelere atque periculo ei Regium no-
men afferuissent, Hac indignitate permotus Iulius
Cæsar ingenio superbo, atque præcipiti, ulciscendæ
cum publicæ, tum priuatæ contumelie consiliū de-
sumpsit. Repulsam enim ter tulerat, quum in locum
Alopi suppicio affecti, aut captiuī SFORTIAE,
aut deniq; Peretti paulò ante defuncti, suffici cupi-
uisset: præoccupantibus cuncta Gallis, qui amplissi-
mos honores sibi debere existimabant. Ii sunt ordi-
ne Magister equitum, Regiae aulæ præfetus, atque
item Præfetus ærarij, qui hodie nouitio uocabulo,
Comestabilis, Senescalculus, et Camerlingus appellan-
tur. Igitur Iulius Cæsar letali bile percitus, Reginā
secreto adit, ipsius iuriuam, et communes omniū
miserias

miserias dñflet: quibus se præbuisse initium fatetur:
Sed accepta fide serio promittit, tam forti animo,
quam antea in auto, his rebus omnibus finem alla-
turū: modō ipsa dignū Regio sanguine, & præsentī
fortuna consiliū syncera fide ad animum transmit-
tat. Confossum enim sua manu Pseudoregem pol-
licetur, ut Reginam simul, & patriam à barbaro-
rum tyrannide liberet. Tum uero Reginā gratias
agens excussis lachrymis, & præbit: dextra, fidem
dedit, se immortali beneficio obstrictam fore, si id,
quod egregio uoto conciperet, & à Diis immorta-
libus, & à fortuna probaretur: cæterum in id faci-
nus animum pararet, & ad se triduo reuerteretur,
ut cuncta aptius, uti opus fore, constitui, atq; in-
strui possent. At sc̄ua mulier, nec oblitia recentis in-
iuriæ, quod authore Iulio Cæsare, & necatum Alo-
pum, cuius memoriam occultis fletibus assidue per-
colebat, & S F O R T I A M tutorem Regni, defen-
soremq; Regiæ dignitatis, tormentis excruciatum,
ipsamq; Regio fastigio deiectam, in custodia barba-
ris traditam, obliuisci non poterat, animum ad um-
dictam, atque perfidiam reuoluti, detulitq; cuncta
ordine ad maritum, ut incorrupti amoris, & pro-
pensissimæ uoluntatis fidem, animo eius insiceret,
& geminata demum proditione, utrūque dispari-
d s bus

bus insidijs aggredetur, Iacobus ea nouitate periculi exterritus, nec plane mulieris inditio fidem præbens, ubi compositis insidijs in Reginæ cubiculo Iulium Cæsarem eadem de patranda cæde promittentem, conopeo tectus audijt, profluentibus armatis exemplò Cæsar est comprehensus, et in foro, quum securi percuteretur, demum dignas instabili, & turbido ingenio poenas persoluit. Per hunc modum Iacobus adeò insigni uxoris officio deuictus, familiarius, atque frequentius Reginam adibat, permettebatq; ut solito liberius, et sine custodibus tota arce uagaretur.

De Regina capto Rege liberata.

CAP. XLII.

Caeso Iulio Cæsare, & ob id facinus Reginæ in coniugalem thorum, communesq; epulas recepta, Iacobus nequaquam omnem animo suspicionem deteruisse uidebatur, quum spatianti Reginæ arcis limine pedem efferre, aut nauicula, deuehi non liceret. Itaque duo Neapolitani altitudine animi insignes, eripiendæ, afferendæq; in libertatem Reginæ, ac expellendi Regis, negotium suscepserunt, Othnius Caracciolus, qui inter optimates authoritate & opibus præcellebat, & Anechinus

Anechinus Moriminus popularium Princeps . Di-
scesserat opportune per eos dies Lordinus Gal-
lus , equitum Magister , cum copijs in Aquilanum
agrum profectus : & festus dies publico epulo , &
chorearum ludis in theatro celebrabatur . Ad id ,
honoris causa , Gallorum proceres invitati , & qui
nouæ nuptæ omnes , matronæq; nobilitate , & for-
ma lectissimæ ad eam celebritatē ducerentur , haud
difficulter , sed magnis tamen præcibus à Rege im-
petratum est , ut Reginæ iucundissimis huiusmodi ,
uoluptuarijsq; spectaculis interesset . At postquam ,
inclinante in uesteram die , saltationi finis est im-
positus , Reginam ciuib; agentem gratias , & si-
mulanter in arcem nouam redire parantem , à dex-
tra , sinistraq; Othinus , & Anechinus comprehen-
dunt , stipatiq; ualida iuuenum manu , eam in Capua
nam arcem perducunt . Exemplò Reginæ nomen
in clamatur : inuaduntur Galli , totaq; urbe fugati
in arcem compelluntur . Rex ad inopinati peri-
culi discrimen , metu consternatus , portas claudi-
tubet . Neapolitani ex aduerso circumuallare ar-
cem , egressus obstruere , & latè obsidere Re-
gem pergunt . Quibus rebus non modò dignita-
ti , sed & saluti uehementer timens , nudatusq; o-
mni militum præsidio , & consilij penitus inops , his
conditionibus

conditionibus in dditionē est receptus ut in posterū Regijs titulis abstineret, Tarentinus Princeps appellaretur: Gallos uero omnes, preter quadraginta, in Galliam remitteret: & SFORTIA statim custodia emitteretur, redderentur que ei, ui recepta oppida renouatoq; ueteri honore, Magister equitum crearetur.

De iniurijs eius Deorum iudicio uindicatis. GAP. XLIII.

Haud dubie concessu, & munere Deorum, ea, quæ longè omnium honestissima, maximaq; uidetur, per omnem etatem uoluptate potitus est, ut insignes iniurias suas, ab his plerūq; qui erant inimicissimi, vindicatas conspiceret. Facile enim accidebat, ut hominem multo candore, fide, probitateq; ingenij præditum, & nunquam per circuitus, atque fallacias, sed militari, ad aptitudine uia ad uerum decus properantem, iij maximè ex insidijs peterent, qui in belles, malis artibus, & perfidiosa simulatione in aula Principū ualerent, aut bellica uirtute ualde inferiores, in recessibus animi cæco liuore torquerentur. Sequentibus enim naturæ uitiiū merita poena non defuit, quæ nocentes, uel pede clando, mature consequitur.

De

Decæde Alop. CAP. XLIII.

Pandulphum Alopum, cui Ioanna Reginæ eius amore perdita, erarij præfecturam, ingentes opes, & totius Regni procurationem detulerat: adeo que ei profligato pudore erat obnoxia, ut ab imbelli, impudicōque iuuene, ipsum SFORTIAM uirum fortissimum, in santomque carceri includi pateretur, securi percussum, triduoq; insepultum Neapolitani in foro spectarunt, quum Iacobus Rex, qui tum & SFORTIAM in custodia seruabat, ipsum Alopum in Reginæ stratis occultatum, deprehensumq; cepisset.

De nece Iuli Cæsarisi Peretti, & Cecho-

lini. CAP. XLV.

Iulio Cæsari Capuano, Peretto Troie Comiti, & Cecholino Perusino par uitæ exitus fuit. Hè enim uirtuti, atq; amplitudini SFORTIAE inuidentes, nihil tale suspicantē Beneuenti comprehenderant: quum etiam eum biduo ante, summissis persecutoribus, interficere cogitassen. Horū igitur malignitate, atq; perfidia captus SFORTIA, et crudelitate Regis in questione tortus priusq; è carcere mitteretur, audijt, Iulium Cæsarem ab ipso Rege, digno perfidia eius suppicio publice necatum: peret-

tum

62 SFORTIAE D. C. VITÆ

tum uero idem expectantem, acerbissimo intestini dolore, incertum an ueneno sublatum. Nec multo post Braccius in Asisiatum campis, memorabili pugna superatos Carolum Malatestam, & Cecholinum uiuos cepit: recuperata ex ea uictoria urbe Perusia, Carolum tanquam hostem, ingenti pecunia redimi permisit: Cecholinum autem uti inimicum. & aduersarum partium acerrimum Ducem in carcere necauit.

De calamitate Iacobi Regis:

CAP. XLVI.

Ipse quoque Iacobus, qui Reginam uxorem, in captiuæ morem, Gallorum custodia sepserat, infastus que Iulij Cæsar is, & Cecholini studio Rex fuerat appellatus; uix undecim mensibus regnauit. Nobilissimorum enim ciuium conſpiratione in protestatem Reginæ redactus, eum superbiæ, & crudelitatis exitum tulit, ut talionis poenam subiret. Sed demum impetrante Martino Pontifice, quum liberiore custodia seruaretur, nauigio repente consenso, Tarentum profugit: sed co fortunæ entu, ut inde oppugnatus à foemina Maria Bauca Ladislai Regis uxore foediſſime pelleretur. Senſit & demum uel italia pulsus, infestos Deos, rabidiſſimis uentis in Cephaleniam insulam rapuit.

tus, et longo tandem, uarioq; errore delatus in Gal-
liam. Desperatis nanq; rebus, ut ignominiam, & ca-
lamitatem, religionis uoto contegeret, sacrati habi-
tus cucullū sumpfit: atq; ita uir seuitia, & fastu in-
tolerādus, inter Sacerdotes in obscuro uitā finuit.

De Sergiano Magno Senescalco tru-
cidato. CAP. XLVII.

Fvit etiam perpetuō infestus SFORTIAE
Sergianus Caracciolum. qui à Regina in deli-
tis habitus ad id gratiae, potentiae q; fastigium per-
uenerat. ut Alphonso Regi in filium adoptato, au-
thoritate, ac opibus equaretur. Huc à Rege captū,
qui Reginae matris nomen tantis impudicitiae pro-
bris liberare cōtendebat. SFORTIA redemerat
ita, ut in eius gratiam, cupiente pr̄esertim, expeten-
teq; Regina, illustres duodecim Catalanos, quos,
profligato Rege cepерat, graui admodum permuta-
tione dimisit. Sed tanto etiā obstrictus beneficio,
in posterum nihil ab ingenio suo discessit, quin pef-
simis artibus, hostilia, et maximē atrocia in SFOR-
TIA Mолiretur. Hunc ad extremū uiri illustres,
qui tale monstrū ferre nō poterant, ut Reginae podo-
ri consulerent, pernoctantē in arce Capuana, euoca-
tumq; cubiculo trucidarunt. Iacuit & semiuiuum
cadaver in uia publica, tanto fortunæ ludibrio, ut

Regina

Regin: nullam uocem emitteret: propinquitanti
uiri cædem vindicandam non susciperent: Magistrus
tus autem id facinus miro silentio transmitteret.
De Nicolai Vrsini fœda morte.

C A P . X L V I I .

Nicolaus etiam Vrsinus Bartholdi filius, a
quo Viterbiensi acie SFORTIAM deser-
tum, proditumq; memorauimus, uti Braccius ipse
aliquot post annos ad Gainellum in colloquio syn-
cere testatus est, eius facinoris poenias ignobili mor-
te persoluit. Quid enim apud Suanani oppidū Se-
nensis agri, suæ ditionis, impotenter agrestium fo-
minarum pudicitiam expugnare pergeret, concur-
su unius familia que in tyrannum coniurarat, uena
bulo, & irati quidem aratoris manu, crudelissime
confossus interiit,

De Paulo Vrsino Bracci insidijs inter-
fecto. C A P . X L I X .

Cum Paulo etiam Vrsino insigni Duce, dilat-
cerata ueteri amicitia, simultates adeò ue-
hementer exercuit, ut ex militari prouocatione us-
que ad singulare certamen, iram, atque odium ef-
ferrent. Sed id facinus auertit Ioannes Pontifex
Balthasar olim Cossa, quem tum primum è Bono-
nia Romam potenter SFORTIA eius militis
ascripsit.

ascriptus deduxerat, ostentaratq; in ea pompa per
median urbem ornatisimas alas, & veteranas ali-
quot cohortes, inuidente Paulo, qui clientelis, et Vr-
sinæ factionis viribus pollens, neminem potentia, et
dignitate parem pati, & prorsus Romæ solus regna-
re cupiebat. Erat enim bello acer, uerum ambitio-
sus, impotēs, cruentus, ab & ingenij mobilitate, cre-
bris, fœdisq; transfugijs infamis. Itaq; quū SF OR-
TIA M extimulatū uarijs iniurijs ab amicitia Pō-
tificis diuellere, urbeq; detrudere pergeret, quod eo
expulso, nemo esset reliquus, qui licentiā, audaciāq;
ipsius frenare posse uideretur: id aperte molitus est,
ut SFORTIA de salute sollicitus, ui ac iniurijs
compulsus urbe excederet, & in Algido castra metā-
ret: urnec, ut rediret adduci potuit: quanquā Ponti-
fex, missō ad eū Sancti Angeli Cardinale ueterē eius
amico, communi nomine pro Paulo fidem interpo-
neret. Respondit enim se eius hominis temeritati sa-
lutem minimē commissurum, qui antea in conspectu
Gregorij Pontificis manu sua Mostardum clarissi-
mum Ducem confodere non dubitasset, & ab eius
imusitati facinoris impunitate animum minoribus
postea cœdibus efferatum, ad terrendos homines o-
stentaret. Inde SFORTIA Ladislao Regi se con-
iunxit: ad quem non multò post, & ipse Paulus est

e profe-

profecitus, prodita urbe Roma, quam paulò ante cū
in signi laude defenderat. Sed eum demum Vmbrico
bello proditionis accusatum, & Neapoli ad suppli-
cium in custodia seruatū, Ladislaus immatura mor-
te sublatus, periculo exoluit. Sed, ut meritas, & fata
les poenas subiret, fortuna demum eo pacto illū car-
cere eduxit, ut Braccio obijceret, qui dum SFOR-
TIA in cathenis teneretur, cum ad collem Floridū
extra portam oppidi spatiante nactus, Tartalia,
& Ludouico Columna operam nauantibus, interfē-
cit. Eo cædis nuntio erectū in spē libertatis SFOR-
TIA M, sublata uoce dixisse, ferunt: Ergo & mihi
insonti Dij immortales mature cathenas soluent,
qui uti æquissimi iudices, impio, ac omnium deterri-
mo, dignum uitæ exitum celeriter attulerunt.

De Armalerij proditoris suppicio.

C A P . L.

Armalerium quoq; Asculanum, cui ut equi-
tum turmam, & cohortes peditum simul
ductaret, contra uetus institutum indulserat, unum
omnino è tantis copijs, & beneficij oblitem, et sum-
ma cum perfidia alienatum sensit. Hic enim duce
Neapoli custodiæ tradito, urbem Orbitum naturali
munitione inexpugnabilem, quum fidem cum fortis

na mutasset, Braccio uenalem proposuit, & prodidit. Nec diu Armalerius auro illo flagitiosè quæsito potitus est. Hostilia enim moliti, accumulataq; perfidia, nouæ proditionis consilia, fallaci ingenio uerantem, Vitellius Patriarcha Cornetanus laqueo necari iussit.

De infœlicitate Braccianarum partium,
& Sfortianorum prospero suc-
cessu. CAP. L.

Hac quoq; Deorum immortalium censura, id etiam in cumulo fœlicitatis accessit, quod nihil, uel eo uita functo, iuste ultionis uidetur esse prætermissum. Quandoquidem Franciscus filius ita patris uirtutem, et opes, & studia militum excepit, ut non multò post Braccium, atq; item continenter eius partium Duces non uno in prælio prosterneret. Non multis enim inde annis, cum Nicolai Picinini opes, tum filiorum eius conatus, uirtutis emulatione certantium, magnitudine, & fœlicitate rerū gestarū usqueadèò fregit, atq; deleuit, ut nemo Braccianæ sobolis hæres, qui dignitatem originis, & se-
nescantis famæ nomen sustineret, facile reperiretur.

De uulnere ad Viterbium accepto.

CAP. LII.

Viterbiensi in pugna grauiissimum ex obliquo
uulnus ceruice exceptit: quū ei Brandolinus
comes uehementi incursu, diloricata casside, in iugu-
lum usq; hastæ cuspidem adegisset. Neq; prius, uel
multo manante sanguine, reduci è pugna potuit,
quā à Sanctoparente irato simul, & reclamante,
correptis equi habenis retro uerteretur. Adeò enim
ira, doloreq; incensus erat, ut vindictæ cupidus, in-
sana quadam temeritate cum paucis saepius in me-
dios hostes procurrere, peruadereq; usq; ad medias
signa non dubitaret.

De periculo eius in expugnatione Ca-
pitonis. CAP. LIII.

Eadem penè animi peruicacia, quum ultura
iniurias, Braccium Martini auspicijs in Um-
bria persequeretur, in expugnatione Capitonis op-
pidi extrellum uitæ periculum adjit. Defendebatur
accerrime opidum à Braccianis, adeò, ut Sfortiani,
quater redintegrata pugna, & irrito semper cona-
tu, multis acceptis vulneribus, segnius murum subi-
rent. Id dedecus, se præsente admitti, elato indigna-
tio

teq; animo, minimè ferens, comprehensam sua manu scalam mœnibus admouit, & subiit. Nec defuere hostes, quin in eū accedentem forti exemplo milites, ingentia trabiū pondera, molaresq; lapides prouolerent, ita, ut comminutis scalis, terribili strage in præceps dati tota fossa sterneretur. Decidit SFOR TIA è summo ferè muro distractus, ad cō, ut multis fomentis, uix post horæ spatiū ad uitam sit reuocatus. Eo tamen casu, nequaquam intermissa pugna, recruduit, in usitatoq; ardore Sfortianorum militum, corona muri occupata, oppidum est direptū, & Bracciani Duces capti, ipso prope spectate Bracio, qui latus opem cum magnis copijs aduertebat. Inter captiuos fuerē clarissimi postea Duces, Comes ipse Brandolinus, cuius manu SFORTIAM ad Viterbium vulneratum suisse meminimus, & Gatta mellata Narniensis, cuius hodie ænea equestris statua Patauij, à Senatu Veneto posita conspicitur.

De uitæ discrimine in quo Romæ uer-
satus est. CAP. LIII.

Versatus quoq; est in longè maximo uitæ discrimine: quum media in urbe Roma, continuato per tres dies cruento certamine, pugnaretur aduersus Ursinos, contrà urgemibus Columnis, atq;

Sabellis, quibus SFORTIA Dux aderat. Non longe enim à Minerue templo, quâ itur ad Aemilianum arcum, è fenestra ingenti saxo, brachium est ictus, unde ovehementi dolore, conuulsisq; neruis, obortaq; oculis caligine, ut exanimatus ab equo proruerebat, et à suis pariter, ac hostibus fœde proculcaretur. Sed nimirum nequam dolore uictus, in genu sese fortiter currexit, lœuaq; proximi equitis lora stapedis comprehendit: Is erat Laurcius eques Romanus, cognomento Surdus, qui clava ferrea obuios pertundens, ut opem ferret, proturbatis, disiectisq; hostibus, ad SFORTIAM ferocem equum adgebat, cohortans, & monens, ut galeæ bucculam eleuaret, rapti se equi uiribus pateretur: Atq; ita correptus per bucculam, innixusq; stapedis loro, ægre pertrahente Surdo, in pacatum locum peruenit, magno prorsus miraculo seruatus, sanatusq;: Quandoquidē quod draginta amplius diebus, cum brachij tum dextra manus sensu, usuq; caruerit.

De insidijs ad Calorem amnem strenuitatis. CAP. LV.

Ter ex insidijs in summo uitæ discrimine uersatus est: Primo ad Calorem amnem, apud Benueuentum, pridie quam à Iacobo Rege, et à coniura-

PAVLO IOVIO AVTH.

71

Etis custodiae traderetur. Profluentis enim uadum tenui, disiunctoq; à suis, ad id delecti equites, distri-
Etis repente gladijs, & adactis equis uim afferre de-
creuerant. Sed ille, quanquam nihil tale suspicare-
tur, quum sine cōsilio suo quedam turbatius, quam
pro pacati, & nihil hostile timentis agminis consue-
tudine, imperari, & circumagi uideret, tanto animi
uigore sub uexillo agmen composuit, & galeatus fe-
rocem equum, quo in prælijs uti erat solitus, con-
scendit, ut coniurati subito pauore concepto, quo-
minus tela expedirent, uel una terribilis, & parati-
oius facie terrorerentur.

De insidijs ad Sarnum astu superatis.

CAP. LVI.

Sergianus Caracciolum de formi postea uitæ exi-
stu memorabilis, quum anxiè riuales timeret,
ob idq; Vrbanum Auriliam Reginæ genio respon-
dentem, specie honoris, legatum Constantiam ad
Concilium alegasset, SFORTIAM &
ipsum eodem astu tollere conatus est: hoc demum
à Regina impetrato, ut aduersus Sanseuerinæ fa-
miliæ proceres in Brutios mitteretur. Discesse-
rant enim Sanseuerini à ueteri officio, nec plane
tamen rebellabant. Ob id putarat Sergianus,

e 4

SFOR-

S FORTIA M aut minus feliciter Reginæ opera nauaturum, aut Sanseuerinos inexpibili iniuria affectos contractæ affinitatis, ac amicitiae iura turbaturos. Sed SFORTIA authoritate ingenti potius, quam bellum metu, sanatis Sanseuerinorum metibus, ita celeriter negotium confecit, ut ei Sergianus regredienti non uno in loco insidias pararet. In Picentinis enim occupati calles, suppressi commeatibus, & circa Salernum exciti agrestes, qui præcisis itineribus Sfortianas turmas aggredierentur, præpositusq; demum ad Scaffatam ponti Sarni amnis Campanus Centurio, ut transeuntem inuaderet, atq; con ficeret. Verum id resciuit SFORTIA, copijsq; ad Anchariam uicum subsistere iussis, obsoleta lacinia induitus, armatusq; tragula, & galeatus, stabulario similis percussores fecellit. Quum enim in equi clunibus, de more, mantica cum strigili gestaretur, et cribrum ab ephippio dependeret: quis eum tanti nominis Imperatorem putasset?

De periculo ad Caietam paruo casu facile superato. CAP. LVII.

P Aruo etiam temporis momento, et magno quidem parcentis fortunæ beneficio, Alphosi Regis insidias præuertit. Venerat ad Reginam SFORTIA,

TIA, quum illa, graui tum ad Neapolim autumno,
 Caetam cum Sergiano secessisset, atq; una Rex Al-
 phonsus in Formiano littore inter fontes, ex Citrio
 rum sylvas, uitandi aestus causa uersaretur, ut cum
 ambobus, post redditas Acerras, de stipendijs, ac op-
 pidorum possessione disputaret: inuasit repente Re-
 gis animum seu libido, SFORTIAE tollendi.
 Is enim unus erat, qui uiriute animi, et bellicis uiri-
 bus terribilis, obfuturus esse uidetur, si ambitioso
 animo spes suas proferre, et aperte Regnum inuader-
 re uellet. Sed SFORTIA magno, et plane Regio
 comitat u, multisq; fortibus alarum praefectis semper
 stipatus, nequaquam sine ancipiti periculo compræ-
 bendi posse uidebatur. Ex cogitauit itaq; dolu Rex
 peracutus, trirememq; cōscendit, inuitato SFORTIA,
 ut honoris causa secum, legato Pontificio ob-
 uiam uenire minime grauaretur. Is erat Fonseca Car-
 dinalis, qui ad eum a Martino mittebatur. Nec dubi-
 tauit SFORTIA, quin pariter condescenderet, ni-
 bil de Catalanorum perfidia suspicatus: ut potè qui,
 adaperta ingenui animi fiducia, nihil sibi insonti ti-
 mendum arbitraretur. Paratae iam erant compedes,
 et laqueus more gentis, saccusq; quo inuolutus, pro
 fundo mergeretur: quum id promontorium, in quo
 mirabile Planci sepulchrum late conspicitur, tran-

suectis celerius opinione omnium, è Speluncano litore, Legati triremis apparuit. Tū uero Alphonsus, qui tum in recessum extremę puppis sceleris ministros euocarat, animum à nefario consilio ad pristinam comitatem reuocauit: ne aduentantis sacrati uiari latitiam, & publici officij cærimonias, tanti facinoris atrocitate conturbaret. Ita SFORTIA Deorum immortalium munere conseruatus, ad suos rediit: quum eum Sfortiani omnes, tanquam fato furnitum, uerissimis lachrymis eluxissent.

De moderata liberalitate eius, & abstinentia, contemptuq; pecuniae.

CAP LVIII.

IN exercenda uero liberalitate, qua una maximè uirtute, uel ingentia uitia occultari facile possunt, mediocritatem tenuit: uaria admodum fama, quum in erogando, distribuendoq; , meditata, & prouisa largitione ueteretur: quasi Ducem ad gloriam, & ad magna imperia semper aspirantem pensitata ratione uti non deceret: quum militi præsertim imprudentia, & festinata potior uideretur. Sed ille opes semper contempsit, adeò liberali iudicio, ut à signata pecuniae nota, oculos semper auerteret, uituperatis, qui diro eius conspectu, & uenenata libidine gaudent.

rent. Sumptuarias rationes, censu oppidorum, & stipendijs aquabat: ne, ut ipse dicebat, temere decoqueret. Creditores raro contempsit, nunquam elusit: quoniam opum, & diuitiarum opinionem, fide potius, & incorrupta existimatione, quam praesenti pecunia, constare iudicabat. Nemo enim ea tempestate, quum oporteret, opulentior, ac instructior fuit.

Quandoquidem insigni studio mensariorum omnium exoneratus etiam graibus impendijs iuuaretur. Vt tum accidit, ad Viterbium amissis supra mille equitibus, ad pecuniae inopiam redacto: quum e foro Romano, amici, atq; benevoli certatim sub una tantum syngrapha aureorum nummum triginta millia contulissent. Irridebat plerosq; , & in hoc Braccium etiam ipsum, qui aliquando aliena rapere, prædariq; , quam æs alienum dissoluere mallet, ut ab extempore, & dissipata liberalitate militum animos sibi deuinciret. Præcipua enim cura ei semper fuit, paganos, & agricultas ab avaritia militum defendere: hospites tueri: licentiam militarem, in hybernis, & in agmine indicta graui, ac inexorabili pena, cohoberere: ac demum deditis, conseruatisq; , quam expugnatis, atque deletis urbibus, lætari . Adeò, ut cum Braccius in colloquio ad Saccomaniam syluam, quod utriusque supremum fuit, post multa de bellicis artibus

artibus grauiissimè disputata percunctaretur : Cur
nam tantopere seueritatis , ac abstinentiæ laudem
querendam putaret: quando id prorsus à toto milie-
taris consilij proposito alienū esse uideretur. Quod
promereri studia militum , uel cum iniuria generis
humani oportere cēseret: si ad ingētia imperia, et o-
pes , uti ipſi ab humili fortunæ loco prosperè decre-
uissent, foret euolandum. Ad ea SFORTIAM re-
ſpondisse, ferunt : nihil esse gratius Dijs immortali-
bus, & equitate, atq; iustitia: qua una maximè, queſi-
tæ bello opes, positis demum armis, cum insigni glo-
ria firmarentur.

De duabus eius concubinis.

CAP. LIX.

QVm Perusiniſ, apud quos Biordus, & Cebo-
linus fratres, interfecto Pandulpho Baleno
nobilitatis Principe, popularium statū induxerant,
ſtipēdia mereret, in hybernaq; concessiſſet ad Mat-
tianum oppidum, uirginem admodum nobilem ada-
mauit, Luciam Trezaniam, adeò ut amatorijs obſe-
quijs & ſpe nuptiarum pellectam, iuste uxoris loco
haberet, & coleret. Ab huius fœlici admodum fœ-
cunditate auctus est fortunata ſobole maximorum
Ducum, et Principum. Sed eam aliquot post annas,

utti

uti iam planè impar, tantis scilicet opibus partis ab illustri uirtute famam consecutus, Ludouico Folia-neo in matrimonium opulenta dote præbita collo-cauit: quum paulò ante maximas spes parandi impe-rij ingenti animo uersantem, ut uxorem opportune-duceret, temporum neceſſitas impulisset. Ex ea de-mum natus est Conradus, qui Francisco Sfortiae ute-rino fratri, pluribus in bellis fortē, fidelemq; ope-ram nauauit. Subsequentibus uero annis adamauit, et Tamiram uenustate admirabili, oriundam è Calle Vmbriæ oppido, iuxta uiam Flaminiam: è qua ad A-quas Pendulas in Hetruria suauissimi oris filiam, no-mine Honestinam, suscepit.

De uxore eius Antonia Salimbenia.

CAP. LX.

ITA uero nuptias appetiuit, ut nequaquam spon-te uxorium iugum subire uideretur: quando libe-ris pro ea in quantum erat, fortuna, abunde auctus, nihil magis cuperet, quam certis, & legitimo iure quæfitis sedibus, uaga, & mercenaria arma ad tu-tos receptus alicubi confirmare. Ob id Antoniam Sa-limbeniam apud Senenses antiquissimæ stirpis uxo-rem duxit. Eius maritus fuerat Frâciscus Casalius Cor-tonæ Regulus, paulò ante coniuratione ciuium in-terfectus.

terfectus. Vnde illi ex mundo muliebri, pretiosa sup
pellex, & dotalia: quatuor castella obuenere: Mons
Iouis, cum Monte Nigro, atq; item Ripa, & Bal-
neo Clusiniis aquis propinquo. Addidit, & Clusium
uetustissimæ claritatis urbem, Cocchus Salimb enius
Antoniæ frater iampridem Sena patria electus, ui-
gente ibi popularium factione. Quum enim nouæ af-
finitatis præsidio, res suas, dignitatemq; tueri, &
confidere percuperet, unum præcipue SFOR-
TIA M inter multos sororis procos, uti bellica vir-
tute insignem, opulentis, & imbellibus antepone-
dum censuerat. Quo consilio transtulit, & Clusij di-
ctionem in ipsum SFORTIAM, tabulis ritè confe-
ctis, ut Senensisibus antiquo iure eam urbem, & agris
repetentibus, armatus, & acer defensor opponere-
tur. Ex hac Antonia unicus legitime prolis, ex nobi-
li materno genere, puer susceptus est: quem SFOR-
TIA Bosium appellarci iussit, ut Patrialis sui Bosij
Attenduli fortissimi equitum præfecti: quem ad Spo-
letum amiserat, in domo sua memoriam renouaret.
Hic porrò Bosius uirtute animi, & rebus bellicis
Francisco fratri penè par, priusquam ille regnum a
piùd Insubres, arridente fortuna, uirtute, & armis
compararet, uxorem duxit Chryseidem Aldobran-
descam Sanctæflore Comitis filiam, natalium clari-
tudine,

tudine, & dotis opulentia illustrem: ut potè quæ sc̄ptem oppida non longe à Porseno, de nomine à Por-sena Hetruscorum Rege condito, in hæreditatens traheret, & genus eius, Dantis Poetæ testimonio, in præaltam Hetrusci, Regijq; sanguinis originem re-ferretur. Itaq; quod in abauo nomen fuit, iure opti-mo in eius memoriam in patre tuo Bosio repetitum uidimus. Tu uero quod in proauo fuerat G VID O N I S nomē suscepisti, quod ille ab auo materno Sancta floræ Comite pari, ac usitata ratione deduxerat. Auo autē tuo Federicus Felirius Urbinas Dux prælio invictus, supra affinitatē in sacri fontis cæremoniā uocatus, nomen suū indidit. Additū quoq; tibi est Ascanij nomen fatali quodam augurio, ut in te demum amplissimi, & longè optimi Senatoris Cardinalis nomen, & decus, ueluti rediuita domus dignitate restoreret: Et eò quidem nobilius, quoniam ille stirpe eadem, sed nequaquam legitimo ortu cœpta, nomen deducebat: quum natales tui ab incorrupta maiorum serie, impolluta stemmata fateantur.

De secunda uxore Catella Alopa.

CAP. LXI.

Acceſſisse autem ad secundas nuptias dirane-cessitate coactum constat, quum à Pandul-

pho

pho Alopo Acerarij p̄fecto, inuidia uirtutis eius, et
obtrectatione crescentis apud Reginam gratiae, in
carcerem esset coniectus. Neq; enim aliter, uel paci-
re Alopum, qui cūcti unus totius Regni munia usit
parat, aut deniq; Reginae uoluntatem à uindicta su-
spitione redimere potuit, quam Catella Alopi soror
re in matrimonium ducta. Siquidem Alopus prece-
lenti forma, eruditis munditijs, & latere demum in-
fracto deuictam penitus, & in seruitutem (animo sci-
licet muliebri, impotenti amore facile subacto) redi-
ctā nutibus regebat. Ea affinitas, maturatis nup̄ijs
apparatusime celebrata, SFORTIAM haud du-
bie à parato iam capitali supplicio seruatū in liber-
tatem eduxit: leuauitq; item Alopi animum ingeni-
metu: quum meritas illatæ iniuriæ poenas, à uiro for-
tissimo, & tot militum gladijs instructo formidaret.
Cæterum Catella nihil omnino à fratre, præter ne-
nustatem ad maritum attulit, dote scilicet à Regina
liberalissime collata. Dotali siquidem iure quinque
castella in Samnio in SFORTIAE ditionem uen-
runt. Peperit Catella non toto uertente triennio,
tres liberos, præmissa puella, quam nomine suo Re-
gina, Ioannam uocauit: mares item duos, Leonardū
scilicet id nomen in eius Diui honorem inditum fui-
se constat: quoniam per quietem Diū Leonardiū

PAVLO IOVIO AVTH.

81

et specie, qua depingi in templis solet, sibi opem fermentem uidisset: quū & clatros ferreos fenestræ carceris disrumpere, et compedes soluere, presenti numero uideretur. Impleuit autem somnij fidem, et nimis oraculum rei euentus. Nam codem die lœtam somnio noctem secuto, & Rex Iacobus imperium cum libertate amisit, & SFORTIA, ad aperto carcere, ingenti omnium lœtitia, iterum Magister equitum est renuntiatus. Sed Leonardo uix infantiā egresso uitam morbus eripuit. Et immatura quoq; morte surreptus est alter, cui SFORTIA Bartholono non indiderat, in memoriam scilicet Bartholi fratris, et fortissimi cōmilitonis, quem lue absumptum apud Perusiam iampridem amiserat.

De tertia uxore Maria Martiana.

CAP. LXII.

Postremò Quinquagesimum etatis annum agens ultimus sibi nuptias ambitiose admodū quæsiuit, assiduis artibus, ac ingerentibus armorum officijs: petita, ductaq; Maria Martiana Suessani Reguli filia, que in Campania, & ad Fucinum lacū multis oppidis imperabat. Nupserat hec antea Ludosco Secundo Andegauensi: eoq; ante nuptias celebratas uita functo, ad Celam comitē secunda thori uota transtulerat. Hic in Marsis, & Furconensi-

f bus

bus multorum castellarum ditione præpotens, quā
ē uita excederet, uxorem, testamento magnarum
opum dominam reliquerat. Quamobrem, & ipso
SFORTIA demum importuna ui fati surrepto,
quartam sibi coniugem facile inuenit, Franciscum
Ursinū Manapelli Comitem: qui bis, et diuersa quā
dem fortuna apud Neapolim cum SFORTIA
collatis signis dimicarat. Natus est ex Maria Caro-
lus, id nomen imponente Regina, in honore scilicet
Caroli Regis eius patris, qui magnis rebus in Italia
gestis, Pacificatoris cognomē adeptus, in Pannonia
demum coniuratione procerum inter epulas truci-
datus est. Ceterum Caroli nomen haud multum in
puero permanxit: nā atrabile diu uexante, attenua-
tisq; inde uiribus, uti obeundis militiae muneribus
impar pietatem uoto professus, sacrata cucullam de-
sumpsit: atque ita abdicato priore nomine Gabriele
est appellatus. Hunc postea Franciscus frater Gal-
liae Cisalpinæ imperio potitus, coenobio eduxit, ut
in signi dignitate ad familiæ decus ornaretur. Idq;
facile à Pio Pontifice impetratum est. Nec multo
post Medolanensis Archiepiscopus est effactus.
De liberis eius ex Lucia Trezania. CAR. LIII.

PRIMO partu ex Lucia Trezania puerum si-
scepit, qui de patrui nomine Franciscus est ap-
pellatus

PAVLO IOVIO AVTH.

82

pellatus. In hunc ab admirabili quodam syderū con-
cursu, cuncta huianaē fœlicitatis ornamenta uir-
tus, et fortuna contulerunt. Natus est in Diui Minia-
ti Hetruriæ oppido, iuxta Arnum, Pisana uia, Anno
ā partu Virginis uno, & quadrageſimo ſupra
millesimum, decimo Calendas Auguſti, quum ſol oc-
cideret. Militabat tum S F O R T I A, alterum &
tricesimum ætatis annum agens, Florentinis, qui Pē-
fanis bellum intulerant. Secundo autem partu Eli-
ſam, in qua maternæ auē nomen repetitū uidemus,
At tertio partu alterna fecunditate puer eſt aedi-
tus, cui ab inſignibus, Roberti Cæſaris munere, Pa-
tauino bello acceptis, Leonis nomen impositum eſt.
Peperit & mox Antoni. am uenustate inſigni. Cete-
rum Leo ab ineunte ætate Franc:ſco fratri omni-
bus ferè bellis aſſiduis comes, eam in re bellica ſpe-
ctatis operibus laudam tulit, ut non magno interual-
lo, ad fraternæ uirtutis nomē accederet. Leon: bien-
nio post ſuccedisit, Ioannes, nomen paterni auī deſe-
rens, ingenio, uiribus, & fortuna fratribus diſimi-
lis. Sed eum ſecutus eſt, natu quartius, à Pontifice
eius nomine Quinto, Alexander appellatus. Is tan-
to ſtudio, tantaq; ui prætantis animi arma tracta-
uit, ut non modo Francisco fratri indomiti corpo-
ris & pugnacis ingenij uigore, uerum & fœlicita-

f 2 tererum

te rerum gestarum equarctur. Condidit enim sibi filijsq; itē atq; nepotibus Principatū apud Pisauren̄ ses. ut in Togata Gallia nō secus. ac in Cisalpina Frā ciscus frater Sportianae domus stirpem in sereret.

De affinitatibus summa prudentia
contraētis. CAP. LXIII.

Leonato ex Sanseuerina familia nobilissimo, atque fortissimo iuueni Elisam nup: ui dedit, ut generum armorum studio illustrem, potentemq; clientelis, & opibus apud Picentinos, & Brutios, certo ueluti præsidio, rebus suis ad:utorem, defn: soremq; pararet, contra potentiam inimicorum, Sergianiq; præscriptim, à quo se cuniculis, & machinis oppugnari, petiq; insidijs haud obscurè intelli: gebat. Ex Elisa natus est Robertus ipse Sanseuerinus, præclarus Imperator, & maximis eius tempore Ducib. præferendus, nisi in extremo uitæ actuā Germanis ad Athesim, prælio fūsus, ac interfecitus superiorum uictoriarum nomen obscurasset. Dedit & in matrimonium Marino Caracciolo Sergiani germano fratri, Claram Attendulam, Foschini, & Marci sororem (ea erat ipsius ex sorore Margarita neptis) procuranteq; Regina, ut erumpentia, etiam coalita alternis offensionibus odia tolcentur. De sponsauit demū Antoniam Arditioni, Carrariensis Comitis

Comitis filio, cuius ditionis erat urbs Asculum in Apulia: ut patrem eius eximiae authoritatis ducem, magnas tum copias ductantem, in Regiae partes pertraheret: In eo etiam Braccij hostis spem frustratus, Carrariensem multis pollicitationibus sibi adiungere properantis. Polyxenam quoque Rufam, in Brutis, dotali iure tres urbes, et viginti amplius castella in nuptias trahentem, ut Francisco filio collocaretur, a Regina fœli iter impetravit: sed infausto demum successu, quum ab amita præferoci sceleratq; muliere, et Polyxenam, et eius filialam dudum infelici utero editam, admisto dapibus ueneno, sublatas audiret. Curauit quoque, ut Polyxena Sanseverina Michaleto Attendulo, et Ioannella Iesualdia Dominico Bosij iungerentur: quādo cæ mulieres in Hirpinis inue erata imperij consuetudine ingentes opes, tuendis Sfortianorū cœptis, allaturæ uiderentur. Nec alia quoq; de causa Tartariae filiā, Ioanni filio d. sponsatam, intra penates nurū recepit, quām ut Braccio Montonio, uetus sibi hostis, et accerrimus bellator detrahatur: ut potè, qui plerūq; diceret, nihil cōmodius, ac utilius uideri, quām tribus ppositis hostibus, cū primo pacem pacisci: cū altero autē iudicias parare, ut in tertium maximè expedita, et grauiora arma uerterentur.

26 SFORTIAE D. C. VITA
De clementia, & seueritate erga suos.

CAP. XLV.

Tanta autem uaricteate clementiam simul, & seueritatem exercuit, ut delicta familiarium, & militum, nunc puniendo atrociter, modo facile ignoscendo, neque huius, neque illius uirtutis constantem famam assequeretur. Sclauetto Dalmata insigni equitum praefecto, qui in gratiam Iulij Caesaris, se primum e percussoribus in transitu Caloris amnis SFORTIAE latus mucrone petiturū pollicitus fuerat. adeò generosè pepercit, ut captum, ad Casam Marij, & iure belli armis, & equis dispositum, non modo (id improbantibus amicis) incomitum, uerū omnibus impedimentis, ne quid omnino desideraret, magna cura conquisitis, & restitutis, cumulate instructum dimiserit: perblanda, & nobili contentus interrogacione, quum ad eum dixisset: *Quis nam furor inhumani, crudelisq; animi Sclauete, alioqui uir fortissime, te impulit, ut nulla laceſſitus iniuria, adeò prolixè promitteres, te gladium excæde mea cruentum ad Iacobum Regem omnino relaturum?* Sed immanis uir, ad id cum oculis in terram desfixis, non multò post apud Philippum Insubrum Principem, perfidiae militaris crimine conuictus, in furca peperdit.

Dt

De Martino Pasolino conseruato.

CAP. LXVI.

Eadem animi magnitudine usus est erga Martinum Pasolinum aduersae factionis Principem, cum quo multis utrinque cædibus æditis aliquot annos Attenduli intestino bello contenderant. Eum enim undique pusum, infestaque Attendulorum armæ fugientem, desperatis rebus ad SFORTIAE pedes procubuisse salutem, ueniam, pacemque extemplo impetrasse constat: Et eò quidem maiore cum laude, quod tum planè iuuenis, & vindictæ libidine uehementer exardens, ea odia, infesto semper animo, & cruentis manibus exerceret.

De clementia erga Bisium. CAP. LXVII.

Bisio quoque è Cotignola peditum præfector, præter omnium opinionem, inexpiablem iniuriam & grauiissimi delicti poenam remisit. Nam, quum SFORTIA, spectantibus ex propinquo duobus Regibus penè intra Carmelitanam portam ad Neapolim uictoria signa, perturbatis iam, fugatisque hostibus, intulisset, unius Bisij socordia perfidaque obstitit, quominus cumulata uictoria potiretur. Iussus enim duabus veteranis cohortibus intra hortorum macerias in insidijs considere, & ad signum datum prorumpere, ut studio pugnae prouer-

f 4 stos

etos hostes intercluderet, neq; designatum in locum
peruenit, neq; prius apparuit quam post trium ho-
rarum pugnam, receptui signum tuba datum audi-
uit. Ob id SFORTIAM, irato animo, ea medio-
cri uictoria minimè contentum, exclamasse rauco
ore plurimū ferunt, itidem saepe repetentem: Biſi,
ſceleſte diſtortor: Redde mihi hostiū Duceſ captiō-
atq; intercepta eorū uexilla, quæ incredibilis igna-
uia, atq; perfidia tua dudū nobis ē manibus eripuit.
Cæterū eum ex cōſcientia animi, metu conſternati,
et crimen ineptis uerborum ambagibus excusantē,
ea lege caſtris excedere iuſſit, ut perpetua ignomi-
nia notato, acerbissimi ſupplicij poena, ſi in conſpe-
ctum caſtrorū unquam ueniret, indicetur. Ea ejſ-
eneo tormento includi, et ſuccenſo demum ſulpha-
re puluere per aerā diſcriptis artubus diffundi.

De inuſitato poenarum genere.

CAP. L X V I I .

EQuilem Patauinum ē turma Scorpionis à la-
profitenti, coccineam togam ē tabernaculo, dum al-
tē ille ſterteret, noctu rapuerat, eadem induitum to-
ga, ſed uincis manibus per forum, et ſtationes, et
contubernia milium traduxit: adeò, ut riſenie, et
exhibilante toto exercitu, ne reliquo ignominie do-
lori.

lori supereret, seipsum pugione transfodcret. Do-
mitorem quoq; equorum, magistris stabuli uicariū,
patria Campanos qui e quis militaribus hordeum
subtrahere, idq; diuendere cœperant, de prehensoris,
alligari per pedes e quorum caudis, incitatoq; cursu
per prata, & sata raptari ad necem iussit. Equitem
etiam è Ferraria nobilem, qui contra edictum, uel
sepe admonitus, scortum adolescentis armigeri ha-
bitu, circuntur sa cœsarie, habebat in castris puden-
tia ludibrijs poena afficit, quum mulierib[us] ueste indu-
tum, per castra armato in equo circunduci, ostenta-
riq; iussisset.

De Gratiani supplicio.

CAP. LXIX.

Quem Ioanna Regina Alphonsi Regis repen-
tinis armis circumuincta, absissaq; in arce Ca-
puana, cohortante demum, de uenteq; SFOR-
TIA Auersam se recepisset: Gratianum Fauenti-
num custodiæ arcis præposuit, commendante eius
virtutem, ac fidem SFORTIA, qui illum magnis
beneficijs, ac præfectoris ornatum ab humili mili-
tie loco ad primos honoris extulerat. Is beneficio-
rum oblitus, ut militare decus auaritiæ simul, atque
perfidie scelere sedaret, corrum pentibus eum mul-
to auro Catalanis se proditum arcem pepigit. Ve-
rum à Sanctoparente interceptis literis, & detecta

f s perfidia,

perfidia, non dubitauit SFORTIA, quin seuerissime in eum ageret, qui sacramenti religionem, & priuatem fidem amicitiae, nefaria proditione uiolasset. Atque ita eum apud silicum Glanij amnis pontem, Auersana uia, prealta in arbore suspensum, agitandum uento, & uolucribus carpendum reliquit.

De mansuetudine erga Brandolinum

Comitem. CAP. LXX.

Non defuit in eo, qui in suos supra equum se uerior habebatur, humilitatis, & candoris eximij laus erga hostes. Brandolinum Comitem, cuius manu Viterbiensi in prelio sauciatus, & penè intersectus fuerat, expugnato Capitone oppido, capitum, quum in eo tumultu inimicum pariter, ac hostem facile, & quidem procul ab inuidia tollere posset, adeò humaniter apud se habuit, ut ex conscientia magnoperè sibi metuentem effusè laudaret in coniuio, atque omni penitus metu liberaret. In hoc etiam gloriatus, quod in tanta fortunæ iniquitate, neque à gregario, uel ignauo milite, sed à nobilissimo, atque fortissimo Duce uulnus accepisset. Erat Brandolinus Braccianæ factioni uchementer additus: similemque animum Tibertus filius aduersus Sfortianos semper exercuit, ne à paterna disciplina discederet: unde illi demum fatale exitium. Franciscus

PAVLO IOVIO AVTH.

91

Sco enim Mediolani ad Principatum tanta fœlicita
te prouecto, quum Braccianas opes undiq; fractas,
deletasq; conspiceret, sese turbido ingenio àuetere
inuidia, odioq; ad perfidiam uertit. Atque ita depre
hensus, et custodiae traditus, ut imminenti supplicio
se eriperet, præacuto ferreæ lucernæ manubrio, sibi
iuguli uenam perfodit, & interiit.

De inuidia ex nęce Tartaliæ parta.

C A P . L X X I .

ONerauit autem eum inuidia maxime ingen
ti, supplicium de Tartalia sumptum: quan
quam ille meritas conceptæ perfidiae poenas luisset:
quod nequaquam syncera fide ad amicitiam, affini
tatemq; uocatum, circunuenisse diceretur, occulta
ta scilicet in id tempus, & mox detecta naturæ ma
lignitate, ut sublato bellicæ uirtutis æmulo, eodemq;
fortissimo Duce, ueteres iniurias vindicaret. Sed id
Martini Ponificis iussu factum fuisse scriptores fa
tentur: ipseq; in primis Campanus in historijs alio
qui S F O R T I A E infensus paſsim, et contrà Brac
cij glorie impudentiſſimè ſemper fauens, cunctare
ticendo, aut eleuando uerbis, que S F O R T I A E
confilio, manuq; fœliciter geſiſſet. Reducebat in
regnum Martinus Ludouicum Tertiū Andegauen
ſem, S F O R T I A E ductu, ut Ioannam omnibus im
pudicitia

pudicitiae flagitiis coopertam, expelleret. Illa uero
Alphonsum ab Hispania, adoptatum in filium euoca-
rat: bellumque gerebatur asperissimum, SFORTIA
tantam belli mollem et gre sustinente: quum Braccius
Dux ea etate clarissimus magnis premiis, atque si-
pendiis conductus, Regiae partibus adhesisset. Sed
equatae demum sunt ures Tartaliae aduentu, quem
superiore anno ab amicitia Bracci diductum, Mar-
tinus cum mille et quingentis equitibus ad SFOR-
TIAM auxilio misserat. Eo autem anno Tartalia
his artibus operam nauauit, ut contra naturam inge-
nij cunctatior, et seignior factus, SFORTIAM
uetere gloria spoliari, profligarique, quam Bracciu-
omnino uinci malle uideretur. Ad Sarnum enim sepa-
ratim sibi castra fecerat, collegae presto nunquam
adfuerat, cessarat ab excursionibus, quibus Campa-
ni, Neapolitanique ab Auersa, uti SFORTIA pre-
ceperat, facile posse uexari, premique acrius infesta
populatione uiderentur. Auxerat et eam suspicio-
nem Braccius, per eos dies inusitato militiae more,
Sfortianos milites bello captos ad triremes Catala-
norum relegare. Tartalianos uero benigne remitte-
re solitus. Commeabant et frequentes nuntij, pre-
conesque a Tartalia ad Braccium, adeo, ut iam nemo
esset, qui repetitam cum Braccio amittitiam, et ob id
Tartalianam

PAVLO IOVIO AVTH.

93

Tartalam ex occasione ad hostes transitus non
putaret. His ad Pontificem prescriptis, uenit ab ur-
be Roma Colus Squarcia Romanus Iureconsultus,
ut ex indicijs in reum iure ageret. Hic Tartalam
inopinato SFORIAE aduentu oppressum, ca-
ptumq; questioni subiecit: et de confessio, post ter-
tium diem, Auersano in foro, capitale supplicium
sumpsit.

De natura ingenij. CAP. LXXII.

EX discip'ina, totoq; uite ordine, et successu
rerum, manu, quam consilio potior censeri
potest: quum incauta facilitate, uel contumacia sub
agresti, in ea consilia plerunque adigeretur, unde
nullus pateret felix exitus, propter simulatas mul-
torum uoluntates, et necesse esset à fatali uirtute,
uel diuina ope subsidia comparare. Maximas enim
iniurias quum æquo animo sæpius ferret, leuem de-
mum contumeliam tolerare non poterat: ita, ut ira-
cundiam plerunq; exerceret imparatus: quum mori
præstare dicitret, quam iniurie indignitate minime
commoueri. Versauere itaq; hominē, occulto astu,
et in maxima uite pericula coniecere, Paulus Vr-
sinus, Alopus demum, et Sergianus. Sed Dij immor-
tales eius uiri uirtute, ac innocentia adducti, ita ne-
quißimorum hominum insidijs obuiam iere, ut ul-

tre

tro eas demum iniurias vindicasse uiderentur. Numquam transfugit, nunquam discessit ab officio, nisi magnis de causis: ita, ut nunquam improviso factus hostis arma cōuerteret, nisi renuntiata prius amicitia, remissisq; uexillis: ut eo facto, dissensionis causam in alterum reijceret, & se ad tuendam dignitatem bellum nequaquam insidijs, & dolis, sed ueritate virtute gesturum testaretur.

De disciplina domestica, & militari.

C A P . L X X I I .

Qum ad multa conniuendum esse censeret, nec exactissimus delictorum ulro esse uellet, ita institutum domi erat, ut contemptores diuinum ac hominū limine penitus arcerentur: fures nocturnos, & interdiu exposita iocimodo carpim inuolantes, maneret poena: nemo impunè specularetur. Abhorrebat uero plurimum ab insanis, & moronibus, qui atra bile laborarent, quod ancipiti iocorisum pariter, & luctum mouere possent: suo scilicet periculo admonitus, quod ad Collem Senensis agri oppidum insanus quidam, dum ioco militari in temperanter lacefferetur, & ob id irritantem saxo petere uellet, ipsi SFORTIAE tegumentum capitis summo cum uitæ discrimine decussisset. Omnia autem uitæ tempore in castris aleam perosus, uite

Ducā

Duci pariter, ac militi maximè pestilentem, ita otis tempora transigebat, ut in usum militiae ad palestram cunctos ordines exerceret. Tum enim mos erat nulla arte luctari: ingentis ponderis saxum iactare: ferreum uestem iaculari: teretem palum, in terga convermis manibus, euibrare: saltuq; , et cursu plurimi contendere. Quibus in ludis ipse multum lacertosus, et industrius facile ualidissimum quemq; superabat. Pluuijs, nocturnisq; temporibus, quod nequaquam Latinas literas attigisset, uernaculis conscriptis uersibus Heroum, et Gallie Procerum historie pariter, et Fabule legebantur: unde illi exempla peteret, qui se duce uirutis famam clarissimis factis extendere decreuissent.

De cultu eius & conuictu.

CAP. LXXIIII.

Frat in cultu, uestitue moderatus potius, quam elegans, uel sumptuosus. Oderat uestis munditas: Sagitorum auem, et armorum nitorem ita exigebat, ut maculam, et eruginem contumelia, et nonnunquam uerbere vindicaret. Equiti ex hybernis eruginosa gestanti arma in conspectu hostium seuere imperauit, ut adaperta casside in aciem prodiret: scilicet, ut cum pericula nosceretur, si parum gnauiter dimicasset. Cetea

Tunc

rum in pompa, & cum lustrarentur exercitus, sagas serica, argento, atque auro bracteata conspiciebantur: Auratæ item, & egregie per pictæ Bardæ, quibus equi Persico more tegebantur. Is uero equus notabatur, qui decoras in casside cristas nequaquam ostentasset. Mensarum uero honos non in delicatis, & exquisitis dapibus, sed in laeti simplicitate, & perenni copia, comitateq; et frequentia coniuarum censebatur.

De pietate erga superos.

C A P . L X X V .

Deum optimum, Diuosq; omnes sincere potius, quam religiose coluit: ut poteret, qui a rationibus bellicis procul esse existimaret, ineptis ceteris remonijs, & simulatis precationibus Deos fatigare: quum necesse forte bella gerenti cuncta rapinis, cedibus, ac incendijs permiscere: neque uel infanda sclera posse puniri, corruptiam militari disciplina. Quia in re Ducem belli, Praefectumq; à seueritate urbani Praetoris plurimum differre oporteret. Sed palam carum rerum agnoscebat culpm, & ueniam secreto precabatur: quotidiana sacra audiens, aut si instante negotio impediretur, postridie ea repetere, & quotannis pio, poenitenti que animo expiare sese, maximèque sacramenti hostiam rite

rite suscipere solitus. Id uero demum probi, & uerecundi Ducis esse prædicabat: honestiorem belili causam sequi: iniuiolata templa præstare: in captiuis pudicitiam tueri: nunquam abuti sanguine militum, aut hostium cæde lætari.

De pietate erga Patriam. CAP. LXXVI.

A Edidit & insigne pietatis exemplum erga patriam Cotignolam: quum furtuito incendio absumptam, priuata liberalitate instaurandam suscepisset, singulos ciues cohortando, ut ædificare luculentius uellent: quando ipse lateres, materiam, calcem, se gratuito collaturum profiteretur. Factūq; subinde est, ut celeriter restitutis, adornatisq; domibus, & directis regionum uijs, priuatim, & publicè magnificentissimo Principi gratiæ ingentes agrentur, quod opportuna liberalitate, & priuatae cōmoditati, & elegantiæ publicæ consuluisse.

De pietate ergo propinquos. CAP. LXXVII.

Pietatem quoq; cum incredibili charitate erga propinquos, & rariſſimo quidem exemplo ostendit. Bartholum etenim, & Franciscum fratres, euastante Perusinum agrū luc pestifera, apud Marianum exitiali correptos morbo, adeò constanter

g inuisit,

inuisit, ut uel de præcantibus amicis ab his diuelli ne
quiuerit: quin desertis, & morientibus ueras tange
ret, fomentaq; præberet. Quibus demum celeriter
expiratibus sepulchrum extruxit, addiditq; aram,
& sacerdotem, qui certis diebus inter sacraeorum
manibus parentaret. Pari quoq; officio, amoreq; Bo
sium Patruelcm comp' exus, ad Spoletum ex castris
si per hyemem fatigatione neruis conuulsum diligē
tiſſimè fouit, elatumq; insigni pompa fratrū sepul
chro intulit.

De præceptis Francisco filio datis.

CAP. LXXVIII

Svb hac disciplina educatum Franciscum filium
quum ab se S F O R T I A in Brutios ad docto
res urbes profecturum dimitteret, ei attribuit eximi
æ uirtutis Duces, & milites, qui bello, paceq; et atē
eius regerent: diu iuuenem cohortatus, ut pietatem
& iustitiam coleret, nobiliq; animi decreto existima
ret, uirtute potius, quam malis artibus ad opes, &
gloriam contendendum. Illud etiam grauiſſimis præ
ceptis adiecit, ut etiam atq; tam caueret, ne amici,
aut imperio subiecti uxorem unquam impudicis ocul
lis inueretur. Neminem uulnere, aut duro uerbere
puniret: aut si id casu, aut ira præcipiti accidisset,
extemplo lenitum, donatum que digno munere lou
giv

gius alegaret. Postremò nunquam indomiti oris equum ascenderet: nunquam eo uteretur, qui ab ungula molliore facile soleam excutere cōsuesset: quod se ab equo alioqui longè optimo, sed in frenum contumaci, cui Draconi ob id nomen erat, quum suborto ex insidijs Bracciano hoste, irrita habenarum cōtentione abreptum se, & in Aversæ fossam præcipitatum memoraret: in Vmbriis autem tumultuaria in pugna, quum ex equo, cui à colore avis Picæ nomen erat, depugnaret, eo inter colluctationes omnibus solis discalciato, uix ipse pedibus eo relicto è manibus hostium effugisset. Quibus præceptis maxime usus Franciscus, quod nemini fere contigerat, omnibus cōsilijs fœlix, & prælijs uictor euasi, ut spem de præclara indole, patris iudicio conceptam, fatigans, et uota hominum impleret.

De prudentia ex alienis iudicijs quæsita.

CAP. LXXXIX.

Eum uero prudentiae, iudicijq; militaris tenorem usq; ad uitæ exitum cōstantissime tenuit, ut non temere quicquam in rei bellicæ negotio decerneret, nisi accito, uel infimo quoq; cēturione, et milite ueterano, ut exquisitis separatis omnū senectijs, quod patrandū foret, multorū iudicio probaretur. Sed id tāta disimulatione expetebat, ut semper

g 2 alie-

alienis exordijs, & fabulis animi propositum celaret, atq; demum ad id, quod uellet, instituto nouo sermone deferebatur. Quoniam eo pacto nunquam pro lato interiore animi decreto autoritatem suam egregie retineret: nec ob id persuasione prudenter animi minorum Ducum inflarentur: quando iij alia semper de causa uocatos, & fortuito demum sermone in grauiorem consultationem incidisse humanitas te Ducis facile existimarent. Verum illos confessio negotio iucundè potius, quam grauiter in corona laudabat, qui fœliciter in disputatione diuinassent: & id quidem iucundiore gratia, quod liberaliter, et nullo fastu gloriam communicare uideretur.

De candore ingenij, & memoria eius.

CAP. LXXX.

In genio enim natura fuit candido, adapertoq; po-
tius, quam latebroso, & callido. Vnde quum do-
lis, occultisq; aulæ artibus parum ualeret, facile in
insidias præceps daretur: sed statim inde alleuatus
fatali quadam uirtute resurgeret. Stata autem etat-
te, propter occultas hominum uoluntates, atq; ora-
ficitia, itemq; ad eludendos speculatores cohære-
linguam, iram frenare, ac opportune apteq; uaria
persona uti didicerat: Ita tamen, ut siquid simula-
tus

tius ficeret, aut diceret, à familiaribus, atq; domestis facile nosceretur. Natura siquidem eos oderat, qui animo ancipiti essent, multosq; recessus, & uarios anfractus haberent, dissidente præsertim fronte, in qua præclarè apud generosos, ac probos, & fides, & pudor habitarent. In eo etiam supra, quām credi par est, admirabilis rerum, ac nominum memoria uiuit, tanta felicitate ut quum nullis commentarijs inniteretur, nō modo militum suorum, uerum et equorum nomina à multis annis repeteret. Nec in persoluendo stipendio ulli in re unquam falleretur.

De studio literarum Hetruscarum.

CAP. LXXXI.

Litteras Latinas nequaquam attigerat, sed admirabatur, securus Hetruscas, atq; uernaculas, quæ ex usu militari commodiores uiderentur. His necessitate quadam totum id otium, quod ex negotio superesset, uchementer addixerat, ut historias calleret, quas è Græcis, Latinisq; scriptoribus traductas lecitare erat solitus, inuitatis liberalitate ad id munus suscipiendum literatis: in queis fuit Porcellij Poëtæ pater, ob tralatos Cæsarem, et Salustiū, honesta domo cum hortis donatus. Quod autem literas nesciret, perurbanè sese excusabat: quandoque

g 3 dem

dem una atq; e dem manu librum simul et gladium tenere minimè didicisset. Neq; etiam sua manu epistles, nisi tumultuarijs, ridendi sq; literis unquam perscripsit: adeò, ut ipso dictante ab amanuensibus exaratas, quod am symbolo potius, quam descripto nomine subnotaret, & mitteret. *Vsus* est in litterario scriptorioq; munere Theologis cuculatis. Quo generere hominum ad longè, lateq; speculandum, nihil aptius, atq; si curius asserebat quandoquidem praetextu religionis omnibus rerum diuinarum, ac humanaarum negotijs libera ubiq; & semper impunita simulatione miscerentur.

De generositate animi erga inimicos.

CAP. LXXXII.

Ladislao Rege magnis viribus Tudertum oppugnante, quum Braccius repentina, & graui eruptione Paulum Ursinum ueterem inimicum suum adortus, ita copias eius cæcidisset, ut statione, et totis deniq; castris ipso Duce pulso, & fugiente pelarentur, non dubitauit SFORTIA, quin circumuento, & penè capto opem ferre maturaret: quum sibi in sua castrorum parte designatum locum tueri, ac inimici cladem otiosè spectare, optimo militiae iure licuisset. Descendit enim ab acclivi loco instruis turmis, atq; cohortibus tardauitq; impetum insequens

Sequentis, atq; uictoris hostis: adeò, ut longo, ac ac-
cerrimo certamine ædito, Bracciani intra portam
impulsi, non medocri accepta clade, terga dare co-
gerentur, uociferante, atq; irridente Braccio: quod
SFORTIA communem inimicum, quem interficere
deberet clementiae, & stultæ lenitatis nomine
conseruasset. At Paulo inter metum, & pudorem
SFORTIAE gratias agenti, illæ alta uoce, ut om-
nes exaudirent, respondit: Non est Paule, quod pa-
rem referre gratiam cogitis, quoniam hodie cum si-
gnis, & copijs meo insigni beneficio sis conserua-
tus: quando id, quod strenue, & per opportunè fa-
ctum uideatur, id totum Regiae, & publicæ omnium
dignitati sit datum: ne scilicet in oculis Regis, ac
meis inexpiablem dedecus admitteretur. Tu uero ni-
bilo secius insectari, & persequi, uenenatis etiā telis
me ipsum perges. Ego certe immititas acceptas abs-
te iniurias probè, & strenue ulciscar: quum te mihi
fortuna, quæ nunc socium facit, aliquando hostem
obtulerit. Id factum, dictumq; Ladislaus magnope-
re commendauit, Sfortiaq; dono dedit equum phale-
ratum, atq; item laciniam ex purpura, auroq; insig-
nē argenteis squamosam bracteis, qua ille uti in præ-
lijs soleret, ut palam in SFORTIA rare uirtutis
simul, & clementiae decus testaretur.

De fortitudine eius in dolore tolerando.

CAP. LXXXIII.

Miram quoq; animi fortitudinem, & patientiam in tolerando omni dolore in aduersis semper ostendit. Neq; enim frangi, aut demitti animo, ulloue lachrymarum uestigio fœdari virile putabat: ut tum accidit, quim uno simul tempore multarum concursu calamitatum penè obrutus, nulla omnino uel subtristis, uel perturbati animi signa præ tulisset. Ipso enim in ædito colle supra Campanam portam Romano opere uallatis castris Neapolim circunfidente, atq; oppugnante, prius quam Ludovicus Tertius classe in eam oram adueheretur, Franciscus filius grauiore ueruto maioris Scorpionis per duplarem ferreum thoracē penetrante letaliter vulneratus, ac item Foschinus ex sorore nepos simili ictu penè desperata ope iacebant. Ipse quoq; Leo natus gener, tante indolis Dux, ex prouocatione ad ostentandam equestris discipline peritiam, uirtutemq; cū Caraffello Caraffa nobilissimo equite nulla intercedente simultate cōgressus, recepta per casum hastæ cuspide, lugente toto exercitu ceciderat. Quem moerorem mirum in modum adauxit, funestus ex Brutis nuntius, qui Polyxenam nurum, ac item eius filiolam ex Francisco neptem ueneficijs amita

tæ acerbissima morte sublatas attulerat. Suborta
tum Sergiani arte, doloq; exitialis fama totis disse-
minata castris insolitum pauorem, & magnam con-
sternationem inuixerat. Ferebatur enim Ludouicus
intermisso ad Massiliam nauali apparatu aduentum
suum, atq; eius constati belli maritimam expeditio-
nem ad prima ueris signa distulisse: ita, ut milites iam
plane desperatis auxilijs, & aduentante Alphonso,
quanam belli arte incepto obſistere, ſeq; incolumi
exercitu in pacataloca recipere poſſent, insigni con-
cepta formidine cogitarent. Sed his tamis priuatibus
ellus, & publici moeroris incommodis conflictatus,
ea magnitudine animi, ac patientia compreſbit dolo-
rem, ut neque in tabernaculum ſe abderet, neq; ullo,
uel tacito gemitu, uel exili ſuſpirio aequabile illud
frontis decus immutaret. Eo enim oculorum uigo-
re, eoq; eloquentiae ſpiritu militum animos erigere,
ſustentareq; existimationem erat ſolitus, ut tum ma-
xime, quum à fortuna uictus eſſet, eum proculcubio
uiciffe crederes.

De urbanitate eius, CAP. LXXXIUII.

Non caruit urbanitate in dictis: Plerumq; ſal-
sus, & apte ſcitemq; remordens, ſi quis prouo-
cando laceſſeret. Ut tum accidit, quum à Sergiano
g s magno

magno Senescalcho, ad exprobrandam generis nonitatem, ligonis fabula obiecta retetur: In hoc, inquit SFORTIA, uti uideo, stirpis origine pares sumus, quum Adamus mortalium primus terram et ipse foderit. Sed ego certe, quod iure diffiteri non potes, illo meo ligone, multo nobilior euasi, quam tu tuo penè, et penna. Quo scommate lepidè admodum hominem transfixit: quum in eo tanta cum inuidia dignitatem stupro quesitam, et patrem eius ad Praetoris tribunal, ignobilem scribam, adulteratoq; testamento, falsi damnatum, scitisimè notasset.

De facete dicto. CAP. LXXXV.

Quoniam transfuga Nolanus eques ingenio infami, ut sibi gratiam cum SFORTIA compararet, Tartaliam omnibus maledictis in conuiuio SFORTIAE famam lacerasse detulisset: deq; ea re, ut fides sibi haberetur iurciurando saepius affirmaret: Non opus est, inquit, sodes ut multum in persuadendo mecum labores: quum Tartalia nunquam uerbum de quoquam sit elocutus, quin maledixit: et tunc multò quidem atrocius, atq; liberius, quum locū ad id maximè oppor. unum nactus, ut dicis totū maledicentiae impetum effudisse credendum sit: Peracute delatorem auertens simul, et sua uitia Tartalicę obiectans, titubantiam scilicet oris, unde cognomen

nomen acceperat, & temulentiam, quum esset omnium, & quidem natura potius, quam aetate bibacis simus.

De falsissimo dictorio. CAP. LXXXVI.

Quam insidijs, armisq; Pauli Vrsini exterritis, excessisset urbe Roma, & in Algido castro posusset, ad eum à Pontifice Cardinalis Sancti Angeli legatus uenit, ut fidem interponeret, confirmaretq; hominem, in urbemq; reduceret. Inter multos autem sermones, Cardinalis quum dixisset: An SFORTIA Vrsum timebis, quum sis sub columna tutissimus? Exemplò respondit: An non tibi Pater, omnino insanus uidebor, si dum frustra à surdo marmore opem imploro. bellua ingens, dente, ac unguibus ferox, ac humano sepe gressu incedens, mihi minime sit formidanda? Non illepidè remota, & parum expedita Columniorum auxilia designans, & Pauli Vrsini ingenium, praesentesq; uires aptissime depingens.

De statura corporis eius. CAP. LXXXVII.

Statura fuit corporis erecta, excelsaq; supra mediocrem, macro habitu potius, quam succoso, præualidis artubus, à firmissimo quodam nervorum nexu: sed cruribus ad suram maxime torosis

torosis, et parum teretibus: Manu autem ampla, et
 praelonga, digitorumque compage adeo firma, ut di-
 stractam in diuersum utraq; manu soleam ferreā fa-
 cile disrumperet, et praelongam equestrem hastam à
 calce sublatam attolleret. Inerat autem lato pecto-
 ri, patulisque humeris militare decus: adeoque restri-
 ctio, et decenter castigato fuit uentre, ut angustissi-
 me cingeretur: quandoquidem in medio ad zonam
 duobus primis ab utraq; manu expansis, lunatisque
 digitis facile comprehendendi, atque præcincti posset. Er-
 rat facie subagresti, parumque bilari, uti à plumbio
 quodam pallore subfuscata: quum et oculi colore ca-
 sij minaci specie intra cauos orbes multum recede-
 rent, et supercilia maxime pilosa prominere uiderentur. Sed nasus à medio elatus, nūc aduncus tamen: la-
 bra decentia, et candidissimi dentes illud os probū
 effingebant. Tonso autem capillo, et derafa barba
 semper incessit: quod ita conclusa casside utentibus
 expediret. Coccineo capitis tegumento semper in-
 signis, quod duobus gradibus in præaltam, striatāque
 pyramidem exurgebat. Tanta autem specie ad ex-
 primendum militare decus in hoc homine, dissimi-
 lium rerum partes ratione, atque ordine responde-
 bant, ut à rudibus, rusticaniisque, qui eum nunquam ui-
 dissent, pari inter multos cultu, et saep sine comita-

Tu, uti omnium princeps, ac Imperator nosceretur.

De agilitate membrorum eius.

CAP. LXXXVIII.

EA erat agilitate, ut nullo adiutante, ac impellente, quum sinistrum pedem hemicyclo ferre, quem stapedem uocant, induisset, uel omnibus connectus armis, & galeatus in cphippij sellam eleganter insiliret, progredereturq; saepe ad multa passuum millia cataphractus, duratis scilicet membris ad omnes uel iniqui laboris exercitationes, frigusq; præsertim. Neq; enim in tota uita peregrinis pelli-bus est usus, quibus aduersus algoris iniuriam uestes fulcirentur. Torquebatur autem facile siti, quum in magnis æstatibus feruoribus equitare, pugnareq; opor-teret: adeò, ut se armatum, siti potius, quam ferro confici posse diceret: atq; id mortis genus maxime uereretur. Qua de causa armigerum puerum insti-tuerat, qui lagenas aquæ, uiniq;, & alia ex faccaro, sitis subsidia, ualido equo præferret, nec à se unquam uel in extremis pugnæ periculis diuelleretur. Cete-rum adeò robusta, ac indomita corporis temperatu-ra semper fuit, ut facile morborum initia exercita-tione discuteret: & si quæ febres incidissent, eas in-credibili patientia ad ciendum sudorem lodice coo-pertus, & in media præscriptim, repudiatis pharmaciis,

fæli-

ſæliciſſime ſuperaret. De infœlicitate mortis
eius. CAP. LXXIX.

ANNO demum etatis quinquagesimo quinto,
quum iam in eo uirtutes omnes, que ſum-
mum Ducem decerent, penè perfectam maturitatē
cepiffe uide enur, foruna insolens, & uictoriarū,
& uitæ curſum pariter abruptit. Braccio enim fata
li pertinacia Aquilam urbem obſidente, & Alphon-
ſo demum Rege, qui opem afflictis rebus suis ab eo
fruſtra poſtularat in Hispaniam reuertoſo, SFOR-
TIA maximorum in Italia Principum imperator
effectus, ex Apulia mouit, ut Martini Pontificis, Re-
gimq; & Philippi Vicecomitis auſpicijs Aquilana
obſidione liberaret, atq; inde demum ſpe gerend. arū
ingentium rerum in Hetruriam proficiceretur. E-
rant in eius exercitu ſ. ptem millia equitum, & uali-
da peditum manus. Itaq; Anxano urbe, & Buccia-
nico, Millonicoq; deicctis Braccijs praefidijs, Orho-
nam peruenit. Ibi duodecim d. ebus ad quietem mili-
ti cōcessis, quū inſigni religione Natale Dei CHRI-
STI celebrasset, ad Aternum amnem eſt profectus:
Is hodie à Piscaria oppido nomen habet. Peruenerat
in Marucinos Braccius, dimidia parte exercitus ad
obſidēdam Aquilam relicta, ut SFORTIAM
transiit

transitu prohiberet. Defixis enim in ripa frequensi
bus, et præacutis arborum ramis, hisq; deligato ma-
gnis funibus nauigio, impositaq; sagittariorum ma-
nu, certioris uadi locum tuebatur. Præsidio quoque
duarum cohortium, et quadringentorum equitum,
lapidei pontis propugnacula ad oppidum Pisca-
riam firmata erat. In ea transitus difficultate, SFOR-
TIA in dextram ad ostij fauces, quibus in mare ua-
dosum amnis effunditur, signa deflecti iubet. Ibi ua-
do pertentato, Michaletus, Sanctoparens, et Fran-
ciscus SFORTIAE filius armati, galeatiq; cū sex
centis equitibus amnem transeuntem, sub sequente mox
SFORTIA. Franciscus cū Braccianis, qui ē Pisca-
ria ad prohibēdos ripa hostes aduolarant, prosperè
costrixit, ita ut multis cæsis, captisq; reliquos intra
oppidi portā cōpelleat. Eo spectaculo nihil SFOR-
TIAE animo, atq; oculis uicidius fuit. Ex admira-
tione etenim uirtutis in filio incredibile ceperat uo-
luptatē, quod summā spem ex matura indole antea
conceptā fœliciter adimplere uideretur. Interea per
flāte Coro allidētisq; maris aduersis fluctibus, intu-
mescere flumen cœpit: adeò ut cunctantiū dubitan-
tiūq; equitū turmæ in aduersa ripa uiserentur. neq; ul-
la significatione adduci poterat, ut præaltū amnē in-
traret. Tū uero SFORTIA, urgēte fato, in amnē ruv-

sus

sus equum adegit, ut exemplo tunentes inuitaret. Ibi dum armigero puero periclitanti, protensa dextra, opem ferret, cœnoso subsidēte uado, eius equus, quanquam insignis, posterioribus cruribus defecit: atq; ita grauantibus armis est submersus. Bis sustulisse, fertur, armatam dextram, neq; tamen quisquam opem tulit, quum hora fatalis aduenisset.

De Bracciū iudicio, & laude erga defunctum
& cæde ipfius. C A P . X C .

Fruunt, Braccium, qui ē Theate ad primū transiuntis hostis nuntium, maturata profectione, præmissisq; impedimentis, iter susceperebat, ut magnis itineribus antecedens Aquilam contenderet, alio atque alio renuntiante S F O R T I A E interitum, nulla omnino conceptæ letitiæ signa prætulisse, sed cōtracta fronte, defixisq; oculis, fortissimi uiri casum humaniter indoluisse: adeò, ut defunctum, postquam inuidia decesserat, tum primim exquisitis, ueriſſimisq; laudibus prosequeretur. Neq; enim uel tanto praesentis belli periculo liberatus, alacriorem uultū militibus ostendit, ut potè qui fatalis arcani conscius ab Astrologis didicerat, S F O R T I A M uiolenta correptum morte, antecessurum quidem, sed paulo post, et ipsum, pari ueluti sorte, eandem exitus formam subiturum. Erat Braccius S F O R T I A na-

tum maior octo mensibus tantum, et nouem diebus: ita, ut tum Mathematicorum disciplinæ, ex utriusq; insignis uiri casu, magna fides astrarueretur. Vix enim quintum superuixit mensem, quum ad Aquilam per tredecim menses frustra oppugnatam, obfessamq; memorabili tandem prælio Sfortiani militis gladio superatus, ac interfactus, et siderum, et multorum uatum fedem impleuisset.


De prodigijs, quæ mortem eius signifcarunt. CAP. XCI.

PRIDE quam ab Orthona discederet, quum, sa-
cris de more confessis, ab omnibus ordinibus
salutaretur, in corona præfectorū omnium somnū
enarrauit, quod ei sub auroram alte quiescenti con-
tigerat. Somniasse enim se profunda aquarum mole
oppressum in extremo uite periculo uersari, prospe-
xisseq; uirum gigantea specie, Diuō Christophoro
persimilem, à quo uel magna, ac iterata uoce fru-
stra opem implorasset. Quo iufasto omne, adeò
exterriti sunt Franciscus filius, Michaletus, Sancto-
parens, Acatabriga, Mannusq; Bariles, qui postea
eius rei fidem, et latè famam fecerunt, ut deprecan-
tes institutū iter, enixèq; orantes tridui quietem im-
petrare nequiuierint: quum ille propositi sui tenax,
spem omnem præuertendi hostis, parandæq; uicto-

b ria

riæ in una celeritate positam docuisset. Signiferorum quoque Princeps, qui quadratum uexillum suum premi militaris imperij deferebat, egressus Ortho-næ porta, concidente equo, adeò uehementer uexillū solo affluxit, ut foedatis cœno insignibus hasta frangeretur. Sed nec id eum in fata strenue uadentem retardauit. Quandoquidem ad uitæ exitum semper improuidi mortales, tum maxime ostenta contemnunt, quū fata urgent, diramq; illam, ac omni prouidentia maiorem necessitatem incautis pariter, ac reluctantibus imponunt.

VITÆ SFORTIAE D. C. PAVLO
IOVIO AVTHORE
F I N I S.



AD ILLVSTREM ET
MAGNIFICVM. D. D. LVDOVICVM
Carrillum Albornotum in AEGIDIIAL
BORNOTII gestorum Librum IO-
ANNIS GENESII SEPVL
V E D A E Cordubensis

PRAEFATIO.


 V M illustrium Virorum res gestas, et fortunæ, omnibus rebus dominantis temeritatem, considero, ut præclarè in primis cum his actum esse uideri solet, quibus illustrium factorum suorum illustres scriptores contigere, sic eorum conditio mihi quadamtenus uidetur miseratu digna, quorum gloria post præclaræ ab ipsis uiuentibus edita facinora, obruta obliuione in obscuro iacet. Quam calamitatem maioribus nostris, id est, Hispanis scriptorum inopia cōtigisse, satis scitè Mena cōterraneus meus suo carmine deplorauit. Quid enim miserabilius, quam post plurimos labores, ingentia que exhausta pericula, summam uirtutem suo præmio fraudari? Est uero cum aliarum uirtutum commune præmium honor, tum magnitudi-

h . 3 nis

nis animi, reste Aristotele, maxime proprium.
Qui honor eo cuiq; uberior defertur, quo ad
plurium hominum, plurimq; ætatum memo-
riam eius laudes monumentis litterarū propa-
gantur. Senserat hanc iniuriam multos annos
AEGIDIUS ALBORNOTIVS Vir sine cōtrouer-
sia suæ memoriae decus, & gloria. Qui cum pa-
cis belliq; artibus uiuens summā claritatem a-
deptus esset, nemo tamē eius præclarè gesta, nisi
auarè, & dū alias res agit, memoriae tradiderat.
Donec prouenière grati homines in collegio
Hispaniensi, quod eius auspicijs Bononiæ ho-
nestis generis nostri iuuuenibus litterarū studia
æmulantibus conditum est. Qui ut tantum ui-
rum deq; se optimè meritum ab ea iniuria uen-
dicarent, perfectis, ac consyderatis epistolis Pō-
tificum, ac AEGIDIUL ultrò citroq; missis, quarū
maxima copia in collegij scrinijs etiam nunc as-
seruantur, quosdam uelut Comētarios eius re-
rum gestarum summo, ut credibile est, labore
confecere. Et ut in historiæ formam redigeret,
cuidam Ioanni Garzonij Bononiensi, cuius elo-
quentiæ erat, tunc nō mediocris opinio in hac
ciuitate, prouinciam oblata satis honesta condi-
tione delegarūt. Ita horum opera effectum est,
ut AEGIDIUL nomē, quod diutina obliuione ue-
lut oppressum tenebatur, è maligna luce in a-
pertum emerget, hominumq; notitiam pro-
diret

diret. Sed scriptor ille disertus, ut putabatur, in iunctum munus tam negligenter obliuit, ut difficile dictu sit, industriae ne, an eloquentiae minorem laudem meruerit. Qui nulla saepe nec temporum, nec locorum habita ratione, ut quæ quæ in manus uenerant, scribebat. Quo factu est, ut quedam non satis sibi constantia, nonnulla eadem haud uno in loco confusa, inculcataq; reliquerit Nam quod ad stilum attinet, tantum abest, ut historicu characterem tenuerit, ut nunquam, dicam enim quod sentio, historiam legis se uideatur, atq; adeo utinam quæ uoluit, satis Latinè, dixisset. Quæ nō ob id hercle à me com memorantur, ut homini probo alioquin, ut accepimus, nec ineruditio, cui uel eo nomine habēda gratia est, quod plerasq; res tam diffusas, tamq; dispersas in unum uelut corpus utcunq; concessit, inuidiā faciamus, cum mortuis laruarum more luctantes, sed ut interim constet, non temere hunc laborem à nobis fuisse suscepimus. Huiusmodi namq; uitia non ferentes eruditii iuuenes mei sodales in Aegidiano collegio qui dum, ut ego interpreter, mutuae inter nos benevolentiae indulgent, ingenio meo, quod e quidem intelligo quam sit mediocre, tantum tribuunt, quantum ego nec agnosco, nec postulo, à me familiariter petierunt, ut rudem & barbarem historiam in mitiorem cultum, & hu-

maniorem, sic enim aiebant, formam redigeret.
Ego uero & meae tarditatis conscius, nec ignarus, quod Cicero testatus est, historiam nec insti-
tui nisi præparato otio, nec exiguo tempore ab
solui posse, diu equidem repugnaui, sacrarum
literarum, & Aristotelicæ doctrinæ studio seu
riore, quod me multos iam annos tenet, occupa-
tus. Sed cū tanto illi magis urgerent, & mihi ue-
luti in gratitudinē exprobrantes AEGIDIU erga-
nos merita cōmemoraret, accessit summi et gra-
uissimi uiri authoritas Bernardi Caruail Car-
dinalis, qui Sāctæ Crucis inscribitur, qui, ut est,
cū illustrium uirorum, suiq; similium, tum in pri-
mis AEGIDIU Albornotij laudū (ut ita dicam)
ad amator, id mihi munus missis litteris iniun-
gere tanti putauit. Prouinciam ergo non tam
perficiundi spe, quām negandi uerecundia su-
scipi. Et subscissiuas horas, quas literarum Gr̄
carum studio in quo aliquandiu uersatus sum,
impēdere solebam, huic operi destinaui. Quod
Ludouice Carrille Albernotie tibi potissimum
iustis de causis dicamus. Non ob id tantū, quod
quidem magnum est, quod inter Principes Hi-
spanos ita generis claritate, et omni uirtute, nul-
li cessurus excellis, ut ad illustranda scripta no-
stra nomen tuum per se satis fore uideatur, sed
quia cum tu sis Albornotiae familie Princeps,
ac proinde glorię, ac laudū AEGIDIU legitimus
haeres,

hæres, nefas duxi, quidquam à me rerum gesta
rum huius diuini Viri memoriae prodi, quin
sub tuo patrocinio in lucē emitteretur: ut dū te
hoc officio colimus, quod quantulumcūq; est
certè Principes & honestum sibi, & gliosum
putare solēt, ipsi quoq; AEGIDIO, cui ob inge-
tia eius in nos merita, hoc officium præstamus,
hac quoq; parte gratificemur. Quē nemini suo
rum gestorum historiam nuncupari, quam tibi
malle credibile est. Suspice igitur opus grato a-
nimō & maiorum tuorum illustria facta recog-
nosce, ut hæc legendo, simul tui generis gloria
fruaris, simul ad æmulandam illam uirtutem
(quod facis) tanto magis exciteris. Ita te quā-
libet rudis et nuda narratio iuuare, et opus quo
quomodo scriptum aliqua ex parte delectare
poterit, cum se tibi parum labore nostro com-
mendabit. Quanquam mehercule testari pos-
sum multū me in id operæ posuisse: non modo
ut orationi Latinæ aliquem nitorem adderem,
licet ne hanc quidem partem, quantum in me
fuit neglectam reliquerim, ignarus quantū ea
opera fuerim consecutus, sed multo magis in
reueluendis illis scriptis quorum fidē, sed præ-
Posterē secutum fuisse Ioannem Garzonem su-
pra memorauit: ut aliqua saltem locorum, ac tē
porum ratio constaret, & pleraq; quæ desydera-
bantur excerptem. Quia mihi parte hærenti, ac

P R A E F A T I O

diu laboranti dum implorata auxilia cōparantur, opus intermittitur. Et quid otium, huic impendebam, uertendis è Graeco in Latinū expōnēndisq; quibusdā Aristotelis uoluminib^o tradidi quæ propediem edere cogitamus. Donec Gometius Carrillus frater tuus Vir prēclarus et qui magno animo magnaç sapientia Conchē sem Ecclesiam Thesaurarius moderatur, quoque alumno collegium nostrum merito gloria tur, à me litteris consultus multa è fidelibus monumentis excerpta suppeditauit, quæ me mag nope riuuerunt: qua occasione inuitatus, cum quæ intermisseram, reuocasset, absoluta ut recognoscerē, ac edere inciperem me hortari sunt cum alijs mei sodales AEGIDIUS eiusq; gloriæ amantissimi, tū in primis Jacobus Pōti^o de Leon nostri collegij Rector, Vir integer et grauiissim⁹ qui, ut de eius multiplici doctrina taceam, cum priuatus, tum maximè in eo magistratu constitutus suo se nomine, suaç clarissima familia per quam dignum exhibere perseverat. Horum igitur autoritatem secuti, ut obiter immaturę forsitan editionis inuidiam authoribus leuemus, librum quem ipsi nondum maturuisse putabamus, ac iusto fortasse crudiorem emisimus. Hac tamē fiducia, quod tibi dicatur, tutiorem ab iniurijs in manus homin um proditurum. Vale.

AEGIDI^I ALBORNO^O
 TII CONCHENSIS DVCIS CLA-
 riſſimi, Vita, ac rerum per eundem gestarū, à IO-
 ANNE GENESIO SEPVLVE-
 DA, Cordubensi, eleganter
 descriptarum, Liber

PRIMVS.



EGIDI^I ALBOR-
 NOTIVS natione Hispa-
 nus, patria Cōchenſis, ex cla-
 riſſima Albornotiorū fami-
 lia, patrē habuit Garsia Alua-
 rum Albornotū principem
 uirū, & multis populis domi-
 nante, qui genus ab Alphonſo quinto Legionensium
 Rege perpetua ſtemmatis claritate repetebat. Ma-
 trē Teresia de Luna, quæ eadē ſummo loco nata ge-
 nus ducebat à Iaimo rege Arragonū. Is cum iam in-
 de ab ineuntibus annis literarum ſtudio deditus, ma-
 gna futuri profeſtus præbuiffet documenta, etate a-
 dultior in Tolofanum, florentiſſimum id temporis
 gymnaſium, à patre optima ſpe concepta, mittitur.
 Vbi ingenij ſoelicitate, pertinaci erga literas ſtu-
 dio, eo proceſſit eruditionis, ut breui inter paucos
 liris

224. AEGID. ALBORNOT. VITA.

Iuris pontificij peritissimos, nec extremo loco numer
raretur, quam doctrinam cum eximia morum sancti
tate et singulari religionis obseruantia illustrasset,
in patriam reuocatus nactusque familiaritatem Al-
phoni castellanorum Regis, q Algeziras urbes quon
dam nobilissimas haud procul sitas a freto Herculeo
a Mauris recepit, summis uirtutibus hominum de
se uicit opinionem: Regi adeo charus et sanctimo-
nia uenerandus, ut interfuturus ille sacrificijs a ve
mine mallet, quam ab AEGIDIO iam sacris initia
to rem diuinam patrari. Quibus artibus cū a Regi
summam gratiam iniuiisset, haud ita longo interie
cio tempore, Archiepiscopatu Toletano, amplissima
dignitate, ab eodem auctus est: non multò ante p
rem illud nobissimum, quo ab hoc Alphonso uictus
est et fugatus Benamarinus Rex Maurorum poten
tissimus, qui bellum Hispanis illaturus, innumerabile
penè exercitum in Beticam traiecerat. Quod pre
sum Rex imiturus AEGIDIO rem diuinam faci
enti religiosissime interfuit. Et cū CHRISTI cor
pus adorasset et uenerabundus ab eius manibus as
sumpsisset, ab eodem se se arma indui poposcit: cu
ius ille precatus, ut res fœliciter eueniret, non modo
corpus ferro, sed animum etiam summa spe ac ingen
ti fidutia armavit, dum fortiter gestorum, iniuncteque
ipsius

ipsius maiorum uirtutis admonet, & multa non in-
ultæ impietatis in Deum C H R I S T U M exem-
pla cōmemorat. Et commisso certamine, Regē dīos
hortantem, ipse lateri proximus adhortationibus in-
cendebat. Sed parta uictoria, receptisq; Algeziris,
que fugato Benamarino, paruo negotio uictori ces-
serunt, dum Gibraltare obſideret, morbo correptus
Alphonsus diem suū obiit. Regnūq; diſsimillimus fi-
lius, atq; adeò pestis humani generis, Petrus ille ex-
cepit, cui facta crudelis cognomen merito peperere.
Hic initio rerum, nondum ferina ſæuitia ſeſe efferen-
te, A E G I D I V M, ut par erat, eodem familiarita-
tis loco recepit, quē apud Alphonſum obtinuerat.
eiusq; adhortationes & monita admittere iuſus est:
adeò, ut hoc magistro morum non paruam ſpeciem de-
ſe hominibus principio rerum exhiberet. Sed cum
ſe paulatim pestis detexiſſet, cum uirtutibus coepit
odiffe magistrum. nam cum primum castigationis
dolorem animo repugnante, tamen altius suppressiſ-
ſet. paulopōſt uictus inſita feritate, iusta consilia de-
treclabat. Et cum cetera grauiſſime pateretur, illud
ferre non potuit ab A E G I D I O ſibi toties expo-
brari. Quod fastidita Blanca uxore pudiciſſima,
euidam Marie de Padilla effrenata libidine affueſce-
ret. Erat enim A E G I D I V S cum omnis generis

niciorum

126 AEGID. ALBORNOT. VITA.

uitiorum acerrimus insectator, tum libidinis uel maxime, à qua tantum abhorruit, ut fama constet, nunquam eum hoc crimine, quo ad uixit, fuisse pollutū. Rex ergo dissimilium hominem suā sponte palam exosus, pellicis quoque, quae grauem censorem capitaliter oderat, precibus incensus, necem AEGIDIΟ molitur. Ille uero cognitis insidijs, quae gratiosum in primis hominem diu latere nequerunt, causa simulata, missionē efflagitat, quam cum uix ad tempus impetrasset, Concham urbem patet iam peruenit. Vbi parumper commoratus, comparata que profectione, ad Clementem VI. P. M. Auenionem, sedem id temporis Ecclesiae Romane, contendit. A quo libentissime exceptus summoque in honore habitus, paruo interiecto tempore, Cardinalis factus est. Clementi succedit in Pontificatu Innocentius VI. Vir integerrimus, singularis constantiae & seueritatis. Apud hunc AEGIDIUS sanctitate & moribus persimilis, multò etiam magis gratia & autoritate ualuit. Quod uero quidem iam non sapientia tantum, & pacis artibus censebatur, sed magnis etiam uirtutis indicijs spem concitauerat, non minus presenti se animo ad bella gerenda futurū, quam acri ingenio fuisset ad litteras capessendas. Op̄ principbatur eo tempore à tyrannis magna pars Italiae que

quæ Ecclesiastice ditionis erat, instimulante ad id,
non modo fauente, Ludouico Bauaro Imperatore,
quem propter ipsius sceleram, Innocentius quoque
post superiores Pontifices anathemate reuinxerat.
Quippe cum occupasset cum multis alijs oppidis
Viterbum, Ioannes Vicus: Ariminū, Pisaurum, Fa-
num Malatesta de Malatestis: Vrbinū Antonius Phi-
laretus. Ac nec singulos per sequar, quota pars erat
Imperij Ecclesiastici, quæ à tyrannis nō teneretur.
Ad eas igitur ciuitates recipiendas, quæ superiorū
Pontificum negligentia magna ex parte amissæ fue-
rant, et si quedam alia Innocentium stimularent,
poscentibus nonnullis earum id ipsum per legatos,
multum tamen AEGIDIU M virtutem consilium quod
muitasse creditum est. Plerisque igitur rebus oppor-
tunè congruentibus, Pontifex nihil cunctandum ra-
tus, AEGIDIUM ad se uocat, consilium suum
exponit: multos esse in Italia populos ab Ecclesia
per vim tyrannicā alienatos, cum magna rei Eccle-
siastice iactura et Pontificum dedecore, fore, nisi
serpenti indies malo quam primum occurratur, ut
ceteri eorum exempla secuti, ab Ecclesia propediē
desciscant: tanto magis, cum Ludouicus Imperator
Ecclesiæ infestissimus hostis, eas ad defectionem sol-
licitare nunquam desistat. Cōmemorat deinde quan-
tam

223 AEGID. ALBORNOT. VITA

tam ipse ex Cardinalem collegium spem et praesidium in eius sapientia, fide, ac uirtute collocauerint. Summam eius belli contra Tyrannos administrandi ad eum communi omnium sententia ac consilio deferri. Proinde se honestissimae simul et honorificae rei accingat, quam peractu non se credere tantae uirtuti et industriae difficilem fore, nonnullis iam ciuitatibus Tyrannorum saevitiam deprecantibus. Quae sint ad expeditionem necessaria, despiciet, milites omnis generis, pecunias, commeatus, abunde se suggesturum pollicetur, quibus rebus ille amissas Ecclesiæ opes ualeat restituere, et sibi immortalem gloriam comparare. Hac oratione delectatus AEGIDIUS, quod uideret oblatam sibi occasionem in difficulti quidem, honestissima tamen causa, uirtutem suam et consilium ostentandi, pruinciam libenti animo suscepit. Quin etiam gratias habere respondit Pontifici, quod sibi potissimum eas partes iniungeret. Nam et si rei onus sentire, nihil tamen sibi potius, nihil antiquius esse, quam Ecclesiæ ac Pontifici suum officium impartiri: cuius rei causa nullos labores, nulla discrimina, deprecari sibi iampridem indixisset. Bonam spem conciperet, daturum se operam, sperareq; ut debellatis tyranis, omnes ciuitates, que unquam Ecclesiæ paruissem

sent in eiusdem redigerentur potest. tcm. In habendo igitur delectu uix mente absumpto, iustum exercitum diuersarum nationum Gallorum, Theutonū, Cimbrorum, Britānorūq; AEGIDIVS comparauit. Vsus ad hoc magna ex parte opera Gomecij Albornotij nepotis ex fratre Aluaro Garſia Albornotio, uiri et strenui et remilitaris bene periti. Proficisci enti addit se Comitem Lupus archiepiscopus Cæsar augustanus, uiri sapiens et alto consilio. Quem AEGIDIVS multis magnisq; beneficijs deuinxerat, suorumq; consiliorum arbitrum adhibebat. Secutus est, et Aphonsus Toletanus Pacensis Episcopus, auctus ea dignitate a Pōtifice AEGIDIIO precibus exorato: erat enim ei ueteris fidaq; familia ritate coniunctus. Quin etiam ab Hispania huius expeditonis fama celerrima nonnullos excivit. In primis Blasium Fernand. m. et Garsiam Albornotium AEGIDIIO consanguinitate propinquos. Qui iam sub Aphonso Rege Castellæ militantes, sue uirtutis præmium, amplios honores fuerant consecuti, et post AEGIDIIO operam egregiam, ut suis locis referremus, in bello gerendo nauauerunt. Erat ea tempestate Archiepiscopus, princepsq; idē Media-Lancensis Ioannes Matthei filius, in huius fauore conciliando magnum fore momentum ratus AEGIDIUS

130 AEGID. ALBORNOT. VITA.

DIVS Mediolanū iter suscepit. Quo cū appropinquare nunciaretur, Archiepiscopus multis honestissimis uiris, ac fermē nobilissimo quoq; longius premisis, ipse obuiā cū magno comitatu ad duo millia ab urbe paſuū officij gratia procedit, ac demū splendide magnificèq; hospitio accepit: edicto per urbē, ut AEGIDI O eiusq; uniuerso exercitu cibaria abundē sine ullo pretio suppeditarentur. AEGIDI VS literas, quas à Pontifice attulerat principi reddit: harū summa fuit. AEGIDI V M Legatū, quē à latere suo in Italīa cum exercitu mitteret, ad recipiendas à tyrannis urbes, quæ ditioris essent Ecclesiasticae, ipsi etiā atq; etiam commendare, quidquid fauoris et auxiliij in eū conlulisset sibi fore quam gravissimum: non se solere acceptorū beneficiorum memoriā deponere, aut esse in referenda, uel cū fœnere gratia partiore. Postero die, qui fuit decimus septimus Cal. Octob. cū lecta Epistola princeps adesset, AEGIDI V insuper Pontificis mandata expōnit, quanta, quāmq; iusta esset Pontificis indignatio in tyrannos, qui nullo, nec Christianæ Religionis, nec legum humanarum respectu, Ecclesiasticas urbes occupassent. Ad hos depellendos magnam in ipsius Arch'episcopi fidem Pontificem, cum ē expeditionem moliretur, collocasse. Proinde obtestari

testari, ut CHRISTI vicario, omnia de ipso sibi
promittenti, ne deesset. Ecclesiae, cuius ipse bona
pars esset, laboranti, & in ruinam precipiti succur-
reret. Quibus auditis, princeps multa simul animo
agitans, pugnante uidelicet cum petitione honesta,
eo timore, ne debellatis tyrannis, ipse quoq; Boni-
tatem, quæ itidem ab ipso occupata ad Ecclesiā per-
tinebat, amitteret, semper se, respondit Pontificis
voluntati fuisse obsequentiissimum, quia tamē ea res
ordui pergrauisq; esset, ad deliberandum se diem
sumpturum. Postridicē reuersus, incertum, an rei ho-
nestate victus, an quod à Pontificis uoluntate non
auderet dissentire, respondit. Bellum quidem, quod
contra multos simul & potentes tyrannos, quiq;
partim iam in armis cum manu non contemnda-
rent, iniuretur difficilimum uideri, se tamen, quen-
cumq; euentum fortuna tulerit, quidquid in se opis
auxiliij fuerit, in Ecclesiæ dignitatē libenti animo
esse collocaturū. Pergrata fuit AEGIDIOPRIN-
CIPIS responsio, eo magis, quod intellexerat, paucis
antē diebus Francisci Estensis & Malatestarum ad
Archiepiscopum Legatos Mediolano discessisse, &
proximè à Ioa. Vico et à tyrannis Foriliuij, Rauen-
hæ, Fauentiae aduenisse. quid Legati cū Archiepisco
po egisset, ualde metuebat. Nec enim dubitabat à ty-

rannis suo aduentu cōmotis, ad captandum principeſ ſuorem, hos fuſſe dimiſſos. licet Archiepifco-
pus interrogatus aliam ceterorū aduertus cauſam
ſimul aīē reddiderit: nam Principū Fauentie et For-
litij Legati, ex conſilio, ut creditū eſt, Archiepifco-
pi, alijs fortaffe recuſantibus, AE G I D I V M con-
uenerunt, quaſi ad iſum fuſſent Legati. Renunci-
antes, Principes ſuos paratos eſſe imperatafaere,
ſi modo aequa conditio, citraq; detrimentū offerat-
ur. Quibus AE G I D I V S haud ignarus, quo ani-
mo dicerentur, pro tempore quæ uifa ſunt, ſpe pacis
interiecta, respondit. Triduo ibi commoratus facile
intellexit, Archiepifcopū uereri, ne ſi ipſe per Fla-
miniam iter faceret, Bononia, quæ nullo, aut paruo
præſidio tenebatur, in diſcriumen traheretur. Hanc
ut ei ſollicitudinem explicaret, ſimul quod allatum
erat Malatestam, qui bellū tunc gerebat cum Geni-
le Moliano, cū mille quingentis equitibus, haud pro-
cul à Ferraria caſtra poſuiffe, qui cum ad præſens
conſigere, non erat conſilium, iter ſe in agrum Pi-
ſanū carpturū, Archiepifco po id iſum ſuadenti,
ſecreto affirmauit. Petitq; ab eo duos uiros authori-
tate graues, conſilio præſtantres ſibi dari. quoram
opera in legatione mittenda ad Ioannē Vicū utere-
tur, quiq; ſimul iſum de Archiepifco pi uoluntate
ergo

erga Summū Pontificē edocerent ut intelligeret nul
lan sibi ad resistendum spem esse debere à Principe
Mediolanensi. Datus est cū Occino à secretis Gui-
lielmus Iuris legumq; scientia clarus : ambo cōsilio
ac uirtute præstantes. Proficiscēntē Archiepiscopus
mūneris ergo duobus poculis argenteis , tertio au-
reo , magni pretij prosecutus est. Cum ad oppidū
qui Sanctus Dominicus appellatur , peruenisse , le-
gatos à Marchione Estensi obuios habuit , qui omne
ius studiū operamq; polliciti ita excusarunt , quod
p̄missa auxilia Hugoni missō rogatū suppetias nō
præstari s̄t , ut iusto eum m̄tu exclusum , non uolu-
tate defuisse ostenderent . Nam præterquam , quod
Malatesta propius Ferrariam castrametatus esset ,
multos etiam ciues in ipsius caput consiprass̄ : datu-
rum tamen operam , ut quod uerbis professus esset ,
reā quando declararet . Accepta AEGIDIUS
excusatione , respondit , gratiam se habere Marchio-
ni Estensi , quod eo animo esset erga se Summumq;
Pontificē , forcū ut eum instituti consiliū nunquā pœ-
nitueret . Hoc responso legatis redeantibus . Legati
Quoque à Malatesta Ariminensi ad Furnum nouum ,
quod oppidum est in agro Parmensi , agmen conse-
cuī , cū huiusmodi mandatis adiuncti : aegro animo se
se tulisse , quod AEGIDIUS à Flaminia iter au-

erisset. Quia id ratione fecisset magnoperè mirari, tanto magis cū ipsius studiūq; animusq; in Ecclesiā nunquam fuisse dubitabilis: quibus tamē uerbis cū iniqua postulata addidissent, re infecta, sed cū pacis futuræ spe redierunt, tandem itinere non intermisso quinis denis castris Florentiā peruenit, fuitq; à Florentinis splendide ac magnifice exceptus, nulloq; officio sociæ & amicæ ciuitatis pretermisso, centū quinquaginta equites ei auxiliij causa, hæc ciuitas de creuit. Iam hinc AEGIDIΟ, quos viros ab Archiepiscopo Mediolanensi accepisse, demonstrauimus, legatos ad Ioannē Vicū mittere placet, quibus mandat, ut exposita Archiepiscopi uolūtate, ac consilio erga susceptam expeditionem, Pontificis suisq; uerbis ei renuntient, oppida, uicos, castella, quidquid demum occupasset, quod iure ad Ecclesiā pertimeret, Pontifici sine ulla mora restitueret. Habiturus si ita fecisset, omnium præteriorum malorum à Summo Pontifice ueniam. Sin recusaret, aut quovis modo tergiversaretur, ut Ecclesiæ Pontificisq; hosti bellum indicerent, & minis conterrerent A Florentia AEGIDIUS magnis itineribus Senas ire contendat, huius enim ciuitatis primores cognouerat, uehementer tumultuare, dum alteri Ioanni Vico, alteri Pontifici Maximo studerent: cuius aduentu, operaq; & prudentia Episcopi Senensis

celerrimè effectū est, ut composita seditione omnes
in Ecclesiæ partes adduceretur, & communii consilio centum auxiliares equites AEGIDIUS et ceteras
uitas daret. Interea allatum est hostiles copias non
longè abesse à Meuania & Monte Faliscorū, quare
ea oppida non contempnendis præsidijs muniri
placuit. Influxerat Italæ temporibus illis perdi-
torum multitudo, qui à Germania non domicilium,
qui nouas sedes captandi gratia, ut Cimbros olim
fecissent, sed belandi prædandumque studio con-
citi, Montem Regalem & Comitem Laudinum du-
ces sequebatur. His belli gerendi ea ratio erat, ut
singularum ciuitatum agros hactenus infestarent,
ociumque earum sollicitarent, donec populi magno
precio ab eis pacem redimere, cogerentur: qui im-
minitate cum in populos Ecclesiasticæ ditionis po-
tissimum usos constaret, non tamen AEGIDIUS
ad præsens eos bello lacebescere in rem fore, ducebat.
ne se Ioanni Vico id ipsum magnis præmijs pollita-
tionibusque suadenti socii arma iuxtassent, hostium
numerus magna multitudine augeretur. Erat enim
ea societas, nam sic uulgo dicebatur, armatorum
octo admodum millia, quorum tria tantum pedibus,
ceteri omnes equis militabant: quin potius in suas
partes adducere omniratione enundum ratus, Ca-

rolo Aduadulæ, & Ioanne Alberto, viris magna, &
 authoritate & prudentia, negotium dat, uti Germani
 nos adcant, eorum animos tentent, quid consilij cœ
 pissim explorato, contentur à Ioanne Vico ad exer
 citum Ecclesiasticū auertere. De conditionibus uero
 pacis & societatis nihil se in consulto paciscantur.
 Sub h.ec Perusini exorta inter ciues magna seditio
 ne, Legatos publicè ad AEGIDIUM mittunt, qui
 ipsum edocerent, quanta in dissensione populus ille
 uer saretur. Quæ cum accendentibus odiorum, ut sit,
 in dies nouis causis, magis ac magis aleretur, possum
 esse in eius aduentu ac autoritate, ne ciues cum ci
 uibus confligant: propterea comprecari, iter ad ip
 sos quanum maximè posset acceleraret. Fore eam rē
 populo Perusino magnopere saluji, AEGIDIUS
 non medio: ri fortasse usui ad bellum gerendum. Cui
 petitioni, cum AEGIDIUS libenter acquies
 set, magna cum celeritate Perusium contendit, ex
 ceptusq; cum ingenti lētitia pacem breui inter ci
 ues composuit, atque omnium animos in Ecclesiae, &
 Pontificis studium conuertit. Interea legati, qui
 fuerant ad sociatatem missi, re infecta redeuntes, hoc
 tantum responsi à Germanis attulerunt. Statuisse se
 libere uagari, nec cuiusquam Imperio, aut uolunta
 ti se addicere. Quod responsum cū AEGIDIUS

ad concilium retulisset, cui adhibuit primos quosq;
 Perusinæ ciuitatis, omnes in eam sententiam uene-
 runt. In primis habendam esse rationem, ne Germa-
 norū societas sese hostibus aggregaret. ad hoc unā
 potissimam viam patere, si cum tota adduci non
 potuerit, aliqua saltem eius pars cum Duce Monte
 Regali magnis pollicitationibus, & qualibet gran-
 di mercce conduceretur, ut altero Ducum conci-
 liato, alterius opes non forent extimscendæ. Sed de
 his rebus legatione missa, responsum est à Germanis:
 Se fide data acceptaq; & iurciurando sanxisse, nul-
 la societatis partitione facta, omnes eandem semper
 belli fortunam experiri: quibus responsis Legatis re-
 deuntibus, tertio AE G I D I V S ad Montem Re-
 galem legatos cum his mandatis mittit. Quando so-
 cietati nullis præmijs persuaderi posset, ut aut tota,
 aut aliqua ipsius pars sub signis Ecclesiæ militaret,
 dum liberè uagari ac neu iquam se iungi iure iuran-
 do statuisse, profitatur, ab eo postulare primū, ut
 copias quæ agrum Tudertinum infestarent, inde
 quamprimum abduceret, deinde cunctæ ditionis
 Ecclesiasticæ, ne bello, neve alia iniuria laceßeret.
 Postremò rogare, ne hostibus suis Pontificisq;, pre-
 sertim Ioanni Vico præstaret auxilium. Quæ si
 ita fecisset, magna illi secum et cum Pontifice Maxi-
 mo,

mo gratiam futuram, acturumq; se pollicetur cum
Summo Pontifice, ut fratrem eius, hominem Eccle-
siasticum & utriusq; iuris non Imperitum cum ho-
nestis redditibus Episcopali dignitate augeret: sin-
minus hæc impeiraret, que tam iusta et honesta es-
sent, cū non minus hostes Ecclesiæ ulciscendi, quam
amicos & clientes conseruandi curam suscepisset,
non se se commissurum, ut horum iniurias neglexis-
se, uidetur. Ad hæc Mons Regalis paucis respon-
dit, iustaesse AEGIDI postulata, et accepta
conditione, nihil se deinceps acturū pollicetur, quid
intellexerit, AEGIDI Summoq; Pontifici mo-
lestiam, aut incommodū allaturum, statimq; exer-
citum à Tuderto promotum in Picenum perduxit.
Hec eodē tempore AEGIDI responsa factaque
referebantur, et legati, quos ad Ioannem Vicum mi-
serat, redibant: qui hæc responsa ab ipso reporta-
runt. AEGIDI postulata grauias se, et perini-
quacensere, et in que sine magna opum suarum ia-
ctura, suoq; dedecore descendere nequiret. Pacem
tamen cum eo, ac Summo Pontifice, certis conditio-
nibus libentissime esse facturum. Quibus conditioni-
bus cum eis per iniquas esse constaret, minimè
acceptis, AEGIDI VS, cum primum per anni
tempus posset, eum bello persecuti, statuit, tūc uero
affeſt

affecto autumno parte exercitus Romam missa, quæ
populum in officio contineret, locū hibernis deli-
gendū, in omnia quæ usui belli futura uideretur, cō-
paranda existimauit. Abolita igitur inter Perusinos
discordia sua præsentia, animisq; in Pontificem con-
firmatis, populum eo nomine liberali oratione col-
laudatū hortatur, ut in ea sententia & fide persi-
steret, tū quod in se tā officiosi extitissent, gratias e-
git. Postremo Florentinorū ac Senensium exemplo
commemorato, petit, ut ipsi quoq; se aliquo auxilio
iuuare officij ducerent. Tunc Perusini per primores
cū omnem suam operā fidemq; polliciti, equites
ei ducentos dant, quibus loco pratoriae cohortis
uiteretur. His copijs AEGIDIUS auctus, nec dū
tamen Ioanni Vico militū numero par, in Montem
Faliscorum, quod oppidū, quia nec ab hoste longē
aberat, & erat in edito colle sitū, hibernis oppor-
tunum censabatur, hyemandi causa. XVII. die ante
Calendas Decembris contendit. Tribus ibi mensi-
bus traducitis, cum nec pecuniæ à Pontifice submit-
terentur, nec commecatus conuecti suppeterent, coe-
pit exercitus fame laborare, nec enim ab AEGI-
DIO in maius tempus rei frumentariae potuerat
prouideri: quandoquidē ad nummorū inopiam, ea
quoq; mala acciderant, ut Patriacha Aquileiensis.

¶ Episcopus Tudertinus, cū rel quis, qui exercitū
cōmeatus supporiāre fuerat polliciti, fidē metu ho-
stium exclusi sallerent. Naves etiam quae à Corsica
¶ à Sardinia frumentandi causam missæ redibāt, in-
terciparentur. Quo malo cum multi milites disce-
dere cogerentur, Ecclesiasticus exercitus indies mi-
nuebatur. In tanta omnīū rerū iniuitate, AEGI-
DIVS Pontificem de cunctis certiorē faciendū ra-
tus, Episcopū Pacensem cū mandatis et literis mit-
tit: Ut ipsum edocere, quām in angusto res esset, et
quanta non cōmeatus modō, sed militū etiā indigen-
tia exercitus uersaretur. Quibus malis ni jubuenire
tur mature, timorem esse, ne deficit Ecclesiastico
exercitu, atq; ind:es de cr. scente, hostibus contra,
ex his rebus muorē audiciam, maioresq; spiritus
sumentibus, et quoq; ciuitates, quae hactenus Eccle-
siæ sine controuersia paruissent, discrimē adirent.
Se uero eo semper animo persistere, conscribit, ut
pro Pontifice, et Ecclesia nullū laborem, nullum di-
scrimen esset d̄ precaturus. Sed nec Imperatorent
sine exercitu bellum gerere, nec exercitū sine stipen-
dio, aut contineri, aut reparari posse. In eam se ne-
cessitatē esse compulsum, ut cæteris absump:is ex in-
strumenti sui uasis argenteis aureis ue, nihil sibi re-
liquū fecerit, omnia aut distraxisse, aut oppignoraſ-
fe.

se. Multum præterea æris alieni contraxisse, ut milites in officio contineret, et parum profecisse. Magnam etenim partem ex hybernis, cibariorum inopia discessisse. At sibi à Monte Faliscorū copias id circa non esse promotas, quod dubium non esset in tanta militū paucitate, si inde discesserit, hostē, qui quotidie infestus adesset, oppido potiturum, quod ad ducendum bellum, natura situs magnam ficeret occasionem: cuncta tamen damna posse resarciri, si ab ipso pecuniorum, quam tum satis esset, suppeditaretur. Iam enim se in Aethuriam, ac Galliā Cisalpinam dimisisse, qui militum delictū habent. Paucis interiectis diebus allatum est, Vrbeuetanos, quæ ciuitas, cum tota Pontifici pareret, tamen in duas factiones Muffatā & Marchulinam scindebatur, intēlino bello acriter agitari. Nam extra multa data, acceptaq; uulnera, plurimos ciues interfatos fuisse, nunciabatur. Ad quas discordias, sedādas uirū au horitate graue, et rebus gestis insignē mittit qui ciues graui oratione castigatos, ad concordiā omnibus rationibus hortatus est. Et cum perpetuā pacem impetrare, difficile esset factis in annū inducijs, obsides utriusq; factonis principibus imperauit, accepitq;. Domesticis seditionibus leuati Vrbeuetani, bellū omnes Ioanni Vico inferendi, consilium

mire

iniri coeperunt. Quo cognito, Ioannes Vicus adeo
comotus est, ut collatis omnibus viribus, in Urbeue
tanos totum bellum conuerterit. Quibus superatis,
expugnata que urbe, multis promiscue necatis, in
primos quosque ciuitatis multifariam sequitum est.
Postremo magna ui pecuniarum uniuersis impera-
ta, quosdam secum captiuos duxit. Qui postea li-
bertatem ab eo octo millibus ducatorum redeme-
runt. Quo tempore Urbcuetani bellū aduersus Io-
annem Vicum moliebantur, eodem Viterbij, cui
Petrus Vicus Ioannis frater praeerat, ingens ani-
morum commotio facta est. Quidam enim ex pri-
moribus ciuitatis, conspiratione in Tyrannum fa-
cta, cum trecentorum armatorum manu, quam oc-
culte coegerant magno clamore excitato, populum
ad libertatem uocare coeperunt. Quo cognito,
Petrus Vicus extemplo amicorum cohorte, quos
satis paratos habuit, comparata, forum occupa-
uit. Vbi acre praelium commissum est, ac demum
populares in fugam conieci. Quorum multi com-
prehensi, et suppicio affecti sunt. inter quos quat-
tuor ex nobilitate securi percussi: alij uero timore
perterriti fuga mortem uitauerunt, quorum omnium
bonis publicatis, magnum inde Ioannes Vicus pe-
cuniariū numerum cōgeſſit. His rebus ſubbat, ut eius
indies

Indies authoritas ac opinio cresceret, et exercitus augeretur. Que cum AEGIDIO non sine ingenti eius dolore nunciarentur, nondum tamen cum hoste prælio decernere, à quo tam longè numero militum superabatur, ex usu esseratus, sese hybernis continebat: expectans, dum auxilia, quæ Pontifice mittenda erant, se, cum cætero exercitu coniungerent. Sed cum diutius hæc morarentur, longum que uideretur expectare, nec suam partitum dignitatem ut impunè Ioannes Vici us agrum Faliscorum crebris incursionibus quotidie uastaret fluctuans animo, ac tota mente agitans, si qua ratio ne æquari posset, quod viribus decretat, hoc cunctis consilijs preferendum statuit. Intellexerat robur exercitus Ioannis Vici in equitatu esse. Cum huius primoribus magno præmio, ac magnis pollicitationibus, per occulta colloquia pacisci conatur, ut copias ad se traducerent: quod horum plurimis persuadere, tanto minus fuit difficile, quod multorum populorū tyrannum, ac hostem Ecclesiæ deserentiū defectio, non magni facinoris inuidiam, sed pietatis potius speciosum titulum, apud honestissimos quosq; et Christianos homines habitura uidebatur. Quingenti igitur equites, signis repente sublati, ad AEGIDIUM transferunt. Quorum defec-

144 AEGID. ALBORNOT. VITA

etio Ioannis Vici audacia usq; adeò fregit, ut Urbe
ueteri contentus, nullam deinceps incursionē facere
auderet. A E G I D I U S uero cum iam uiriū non pa-
niteret, relicto in Monte Faliscorum firmo præsidio,
oni Carolū Aduadulā præfecit milites ex hybernis
educit. Cœpitq; hostem bello puocare Templū e-
rat Laurentio dicatū huius procul ab Urbe ueteri, o-
pere ac natura ita munitū, ut arcis locū, speciemq;
præberet. Hoc, quia Ioannes Vicus alta fossa circum-
ducta, ualido militum præsidio firmauerat, A E G I
D I U S in primis expugnare statuit. Ac Iordanī ē
parte copiarum id negotium dat. Is properè admo-
tis machinis, ac tormentis dispositis, se ita strenue-
gesit, ut quo die oppugnari cœptum ab eo est, eodē
quoq; fuerit expugnatum. His autem, qui templum
custodiebant, uenia data, & abeundi facta facultas
te, Concharatum, & Albertatum Richafulum, &
Benedictum Ormarium cum centum quinquaginta
ta militibus custodiæ loco relinquens, ipse cum reli-
qua manu Vulsinum oppidum proficisciatur. Quia
cum Ioanni Vico renunciata essent, cum peditibus
nonnullis sed omni equitatu urbe egreditur, experi-
undi gratia, an templum sicut celeriter fuerat am-
sum, ita properè posset recuperari. Templū præter-
gressus cū nemo se illi obiecisset speculatores mittit,

qui cognoscerent, ecquid propè lateret insidiarum.
 Qui renuntiarunt, haud inde procul hostium uisa
 quinq; signa, quo metu subsistere agmen iubet, nec
 est ausus ultra progredi. Ecclesiastici uero nuncia-
 to, quo loco Ioannes Vicus extra oppidum uagere-
 tur, eis celeriter ostendunt: et commisso prælio, cū
 acriter utrinq; pugnaretur, qui templum tenebant,
 hostes à tergo adorti, tantum eis terrorem incussè-
 re, ut turbato ordine, multis occisis, pluribus uulne-
 ratis, & uno signo amissio, ceteri in fugam uerterē-
 tur. Cū quibus Ioānes equo saucio in oppidū sese re-
 cepit: Corsidium deinde oppugnari placet, quoniā
 ex eo oppido Ecclesiasticos commeatu prohibere
 facultas erat. Ergo à circumiecta manu ubi tela iaci-
 copta sunt, & propugnatoribus nudatus murus, ad
 motis scalis milites conscendent, & ui oppido celer-
 rimē potiuntur. Quia oppugnatione oppidanorum
 nonnullis occisis, ceteros nulla affectos iniuria AE
 G I D I V S in suam fidem recepit. Paulo post ur-
 bem Toscanellam cum arce, oppidanis ad ditionē
 oppugnatione, & Corsidiensium exemplo compul-
 sis, recepit. Interca pecuniarum à Pōtifice prēmis-
 sis subsidijs, equites etiam trecentū peruenēre. Mis-
 sa sunt itidem auxilia à Ioanne Archiepiscopo Me-
 diolanensi, quæ prætereūti AE G I D I O fuerat pol-
 licitus

licitus. Quæ res ut exercitum Ecclesiasticum nume-
ro viribusq; auxerunt, ita hostibus magnum iniçce-
re terrorē. Prorsus ut multi tyrannorum auxilijs,
quæ Ioanni uico submisérat, reuocatis, in suas quis-
que res omnes curas intendere cœperint, & necessa-
ria ad sui defensionem comparare. Cum septingē-
tis equitibus, peditibusq; pro numero equitum Ioan-
nes Vicus in oppidum, quod Aquampendentem ap-
pellant, ab Urbe ueteri profectus est, reparādi exer-
citus gratia, & quod locus ille opportunior ad tra-
hendum bellum uidebatur. Quo cognitu AE G I
D I V S Andreæ Salamoncello, viro magni animi et
consilij, cuius in bello gerendo singulari opera saepe
usus est, imperat, cum equitatu, & parte copiarum
cum anteuertat, ac itinere prohibere contedat. Qui
celerius omni opinione, quod iussus erat, executus,
uiam occupat, & procedere pergenti hosti se se acie
directa opponit. Quam pugnam cum Ioannes mini-
mè deirectasset, infestis signis acriter uirinq; cōcur-
sum est: pugnatumq; diu est aequo marte, hos cladis
nuper acceptæ indignatione, illos pristinæ uictorie
gloria accendente. Postremo Ioannes multis suorum
amissis, cum reliquis fuditur fugaturq; coactusq; est
iterum in Urbem ueterem se recipere. Postero die
ad Arcem abbatiæ productio exercitu, ubi oppugna-
re fru-

re frustra tē tasset, uisumq; esset oppidū inexpugnabile, obsidione cinxit. Qā cum diutinā fore, oppidi
 dani intelligerēt, & sibi perniciōsam, desperatis Io-
 annis Vici reb⁹, sese Andreæ d. diderūt. Quorū exē
 plū secuta multa oppida finitima, quæ sita in mōti-
 bus, fuerāt à Ioanne Vico pr̄sidijs munita, admoto
 tamū sibi exercitu Ecclesiastico, se AEGIDIO de-
 diderūt. Tunc uero multarū ciuitatū, quæ tyrannis
 seruiebāt, Legati ad AEGIDIVM uenerūt. Gratia
 simū sibi primō fuisse nuntiū, quādo AE G I D I V S
 cū exercitu in Italiā aduentare, nūciatus esset. Nam
 tunc demū suę libertatis spem aliquā concipere aus
 sos fuisse. Victorias deinde ab eo de hostibus partas
 uehementer gratulari. Nam & si plerasq; urbes Ec-
 clesiæ amissas à tyrannis bello recepisset, magis ta-
 men ex suo, quam uel Pontificis usū eueniisse, sese nō
 ignorare. Cum ille amissas urbes, ipsi libertatē, quo
 nihil melius esse in rebus humanis, recuperassent.
 Proinde suis malis edoctos, quā sit calamitosum ty-
 rannis seruire, se suaq; AE G I D I I Pontificisq; fi-
 dei ac potestati tradere. Quidquid imperasset, libe-
 tissime se esse facturos, tantū se à uiolentia ac iniuria
 tyrranorū tueretur. AE G I D I V S liberali oratio
 ne Legatos prosecutus, eorū animos sermone sic cō
 firmauit. Pontificē ut id bellū susciperet, non magis

amissæ partis Ecclesiastici Imperij indignationem, quam infelictum ciuitatum, in quas sc̄eleſtissimi homines tyrannidem exercearent, miserationem impulisse. Sperare ſe quam maxime à facinoris homini bus, hostibus Eccleſie, qui omnia iura diuina humanaq; uiolaffent, tantorum scelerum poenas quam pri-
mum sumpturum: ac omnes ciuitates, quæ aut ui-
rannica iniuitæ ſuppreſſæ fuiffent, aut ſponte hacte-
nus ſeruientes, aliquando resipicerent, in libertate
uindicaturum. Satis enim liberos eſſe, qui Eccleſie
tantum ac ſummi Pontificis legibus inſerui-
rent. Quod ſi qua ciuitas eoſtultiæ ac dementiæ
procederet, ut oblatam libertatem recuſaret, ei
non impunè, non magis quam iſpis tyrannis fore.
His reſponsis Legati Ietabundi diſcedunt. A quo-
rum ſententia Cornetani tam longè aberant, ut pro
Ioanne Vico, ſe Pontificis hostes eſſe haud obſcurè
profiterentur. Quo cognito AEgidius, ne eius
ciuitatis pertinacia exemplo quoq; nocere poſſit,
hos omnium maximè bello perſequi, & prima qua-
que temporis opportunitate agrum Cornetanū ua-
ſtare ſtatuit. Quare Iordanem et Blascum nepotem
ſuum Romā properare iubet, & copias quæ hyber-
nandi ac præſidijs gratia eo missæ fuerant, in agrum
Viterbiensem deducere. Quod conſilium ubi
Ioanni

Ioanni Vico nunciatum est, Reuerium Victorium quem unice diligebat, et quod erat ad necundos do-
los mirus artifex, magni faciebat, cum centum quin-
quaginta equitibus Cornetanis subsidio mittit. Is no-
ignarus quantam Ecclesiasticis ad bellum gerendū,
opportunitatem Mons Faliscorum faceret, consiliū
inire cœpit, ut Carolo, quem oppido præfectum ab
AEGIDI O diximus, cum præsidio circumuento,
interfectusq; oppido potius erit. Ratio hæc fuit. Arx
erat munitissima, que à Monte Faliscorum circiter
tria millia passuum aberat. Arx Castellacij appella-
ta, cum huius arcis præfecto cōsilium communicat,
monetq; uti literas, nunciumq; secreto per speciem
proditionis ad Carolum mittat, quibus pollicetur
in arcem ipsum cum armatis accipere, si ad diem de-
clam magno cum silentio paulo ante lucem præsto
fuerit. Quibus cum Carolus, magna sibi gloria ob-
latam occasionē quam diu captauerat, ratus, rescri-
pto annuisset, præstituto die, qui fuit undecimus an-
te Calendas Maias, Reuerius Victorius ipse cum ma-
gno equitatu peditatuq; proxima silua occultatus
Carolum expectabat, ut prætergressum à tergo ado-
riretur. At Carolus, qui hostis pollicitis fidem nō si-
ne suspitione insidiarum habebat, consilia ad omnes
casus comparabat. Nam militibus paucis ad tutelam

oppidi relicitis, cum cæteris omnibus bene instructis,
ac ordine scrivato, de tertia vigilia proficiscitur. Sig-
no accepto, equites decem cum centum & quinqua-
ginta peditibus præmittit, qui fidem arcis præsidis
periclitarentur. Ipse cum reliquo agmine haud ita
longo interuallo, in via subsistit. Præfectus antecur-
sores propè arcem conspicatus cœpit magna uoce
Ecclesiam Ecclesiam inclamare, simulq; ab arce in
eos tela conijciebatur. Quo signo hostes subito è sil-
ua exorti concurrunt, nec multis paucos circunsiste-
re, & comprehendere fuit perdifficile. At Carolus,
qui auribus animoq; intentus euëtum reisubueritus,
expectabat, exaudito clamore, & hostium insidijs
intellectis, aduolat, & impetu facto hostem in se co-
uertit, et cum diu fuisse acriter dimicatum, tandem
insidiatores profligati se fugi mandarunt, quos Ec-
clesiastici infectati, muliis interfecti, equites uigin-
ti, cumq; his arcis præfclum. cœperunt. Reuerius
accepto uulnere cum paucis evasit. Carolus his ge-
stis, ac suorum paucis amissis in Moniem Faliscorū
se recepit. Hac clade AE G I D I V S Cornetum de-
fensoribus multum exhaustum fuisse arbitratus, con-
festim eo rapit agmen, cœpitq; magno impetu oppi-
dum oppugnare, ut injecto terrore, oppidanos ad
deditonem compelleret: quod cū parvū procederet,

erat

enim oppidum militibus differtum missso iterum auxilio à Ioanne Vico, cui praeerat Ludouicus eius frater, peruestato agro, copias inde abducit, & in celenum, Vetralam, & reliqua oppida, que circa Montem Faliscorum Ioanni parebant, conuertit: magna uidem his populatione incommoda inferendo. Cū præsidium Romanum se cum reliquo Ecclesiastico exercitu coniunxit, inter duos uiros nobiles alterum Romanum, Germanum alterum, tanta seditio in castris exorta est, ut à Romanis Germanisq; dum suo quoq; fauent, ad arma cōclamato, aliquandiu fuerit pertinaciter prælio dimicatum. quod nullius oratione commonitione ue ante dirimi ualuit, quam non nullis interfectis, pluribus vulneratis, reliquæ copiæ ex AEGIDIIS imperio se ex transuerso inter uolantia tela, factio impetu, intulissent. Ad hunc modum seditione sedata, mox' que facta pace, & gratia inter utrosq; reconciliata, AEgidius copias proprius Viterbium mouet, & crebris incursionibus magnum hostibus timorem inferebat. Interea Ioannes Vicus urbem repetit, cum nullo eam Ecclesiastico præsidio teneri intellexisset, ac nemine prohibente ingressus magnam in locupletes avaritiam, & crudelitatem exercebat: nam qui imperatam magno numero pecuniam denegassent,

omnia in eos exēpla cruciatus aēdebat. Cuius immā
nitatis latius fama dissipata, quarundam ciuitatum
animos ab ipso multum auertit: Viterbiensiū in pri
mis. Horum enim pleriq; quorum fuerunt, qui ar
cem custodiebant, auxilio AE G I D I I, qui propē
aderat, freti, die quodam sub solis exortum, ingenti
clamore sublato, Ecclesiam inceperunt cōclamare.
Quo auditō AE G I D I V S propere arma sumere,
machinas admoueri, scalis arcem conscendere iubet.
Omnia tamen tyrāni prōptitudo ac diligētia, irrita
fecit qui antequām cæteri oppidani cōuenirent, qui
clamorem excitarant, ex templo compræhensis, et
magno supplicio affeclis, cæteros ab instituto deter
ruit, et qui arcem tenebant animis consternati, eam
tyranno reddiderūt. Simulq; milites disposuerat, qui
subeuntes Ecclesiasticos à muris repellerent. At AE
G I D I V S cum Viterbiū, nisi longiore obsidio
ne, haud facile expugnari posse, intelligeret, ne dum
ibi tempus terit, alia oppida in discrimen traheren
tur, populabundos agros, exercitum proprius Ger
manorum societatem, de qua supra dictum est, pro
mouit. At ex itinere cum Vrbem Veterem oppugna
re, si forte resisteret, moliretur, portis patefactis, o
mnes oppidani obuiam ei procedunt, Vrbemq; tra
dunt. Ingressum, cum oppidum uacuum habitatori
bus

bus reperisset, magna eius ciuitatis miseratio inces-
sisse fertur. Nam ex numero sa multitudine, qua op-
pidum illud non pridem abundabat, uix trecenti ho-
mines, qui arma ferre possent, numerabantur. Postri-
die re diuina rite perpetrata, cū omnibus benedixis-
set, pacem perpetuā intex Muffatos & Marculinos,
factiones, ut diximus, cōtrarias fecit. Iubetq; omnes
ciues, qui à Ioanne Vico electi fuerāt, suæ ciuitati re-
stitui. Urbe ueretur orum exemplum Tusculani secuti,
mox legatione missa se AE GIDIO dediderunt.

Ioannes Alerianus Ameriae tum temporis Tyrannus
erat, qui licet amicitiam cū Ioanne Vico confirmas-
set, non tamen ab AE GIDIO palam audebat de-
sciscere. Huic igitur AE GIDIVS paulisper in Ur-
be ueteri commoratus, denunciatum mittit, ad se
quām primum uenire properaret: habere, que cum
eo de re communi colloqui uellet, qui si renuisset, si
bi eodem loco, quo Ioannem Vicū futurū. Ille uero,
cū se humiliorē sciret, quām ut AE GIDIO resiste-
re posset, & Ioannis. Vici opes afflictas uideret, die-
to audiens Urbem ueterem peruenit, multa medita-
tus, quibus dum AE GIDIO frustra persuadere co-
natur, ut se ministro in populo Amerino gubernando
teretur, Ioannes. Albertus et Magnus Præfectus Le-
gati clam missi Ameriam perueniunt, qui populū o-

154. AEGID. ALBORNOT. VITA

omnibus rationibus hortati, ut se Pontificis imperio redderent, adduxerunt. Tunc AEgidius Imagina proposita poena, interdictum Ioanni Alciano, imperatq; ne mille omnino passibus proprius America de cætero appropinquaret. Interea societas in agro Tudertino uagari ab exploratoribus renuntiatur. quares egre fratres AEgidius Legatos ad principes eius mittit. Quod in eum locum copias cum magna Ecclesie clientū iactura deduxissent, inique eos agere. Quia id ratione fecisset, mirari se. Postremo rogare, agmen inde sine ciuitatum ditionis Ecclesiasticae iniuria sub mouerent. Ad haec Germani passa, sed insolenter responderunt. Nemini suae uitae ratione in Italia ignota esse debere, quibus cum cætera defint uelitalia, præda ac rebus bello partis uitam dicere necesse esset. Multas ciuitates pacem ac suorum agrorum incolumitatem magnam pecuniariū a se remissem. Proinde, si uellet AEgidius se sollicitudine, populos Ecclesiasticos ea molestia sublevar, earum ciuitatum sequitur exemplum, que pecunias numerassent. Et magnam uim pecuniariū pertinunt. Hanc Germanorum insolentiā grauitate admodum tulit AEgidius, præsertim quia suspicabatur, Germanos Ioannis Vici uoluntatem secutos, in illa audacie ac improbitatis aduersum se processisse.

Cum

Cum ille uictus necessitatibus, unā ex filiabus suis Annibaldo Montis Regalis fratri cū grandi dote spopō disset. existimās sic uniuersam societatē posse in partes suas adduci. Ergo Legatos iterū ad societatē cū his mandatis mittū. Mirabimur quae causa ipsos suos Ecclesiæq; Romanae amicitia repudiata, eo iniuria rum et in tam iniqua postulata cōpulisset, cum se hoste non contemnendo, amico fortasse non inutile eis liberet uti. Tantò magis cum Mons Regalis superiore anno, fide data, pollicitus fuisset. societatem se ab inferenda iniuria ciuitatibus Ecclesiasticis contenturum. Nam quod sibi pecuniariū uim extorqueri posse putarent, non modo iniustè eos facere sed etiā imprudenter. Neq; enim earū ciuitatū quas pacem a se magno preцio redemissi taclarēt, et suā conditionē simile esse. Illas nāq; mulcō plus, si resistere uel ēt, in nouū exercitū cōficiendū, fuisse collaturas, & cū magno tū uniuersi populi, tū singulorū incommodo, a pacis negocijs auocandas: se uirō in armis esse, et a pecunia honestius, libentiusq; nouū militem, ad propulsandas iniurias, si opus esset, conducturū, quam ad id satis superq; roboris, ac uiriū sibi esse in reteri & exercitato milite sperare. Se i' a esse, semperq; fuisse animaū, ut ultro nunquā nouū hostem esset quæsiturus: laceſitus autem dignitatis suæ ac ciuita-

156 AE G I D. ALBORN OT. VITA
ciuitatum, quarum patrocinium à Pontifice suscep-
piſet, commoditatis rationem haud segniter habitu-
rus. Proinde iterum iterumq; rogare, monereq; per
Deum iusti belli semper fauorem, ultoremq; iniusti
Ecclesiasticis finibus nulla amplius illata iniuria, ce-
dere maturent. quæ ſi feciffene magnam ſe illis gra-
tiam habiturum, & quæ Moni Regali ſuperiore an-
no fuiffet pollicitus, quam primum opere preſtitu-
rū: ſin minus impeiraret, ita ſibi perſuaderent, rebus
ſe ſuis et Ecclesiæ cliētibus, ſocijsq; gnauiter eſſe cō-
ſulturū. Quibus auditis Germani, partim rei hone-
ſtate, partim timore uicti, per Ecclesiasticos termi-
nos à maleficio tēperantes in agrū Senenſe iter fuſci-
piūt. A quibus extorta pecunia, deinde à Florētimis,
in Pisanos terminos peruenērūt. Paulopōſt Germa-
norū diſceſſum AE G I D I V S Eugubiū, cui Ioannes
Cancutius imperitabat, legatos mittit: qui omnibus
modis oppidanos, ut pontificis fidē ſequantur, co-
hortetur. Quibus reſpōſum eſt ab Eugubiensibus,
ſeſe paratos eſſe imperata facere, et prima quaq; oc-
caſione oppidū AE G I D I O tradituros. At cū in-
tericto tēpore, diē de die proferentes à promiſſis di-
ſcedere uiderentur, iterum AE G I D I V S legatio-
nem, ſubſequentiibus copijs mittit. Tunc uerò Eugu-
bienses nulla facta mora, patefactis portis oppidum
arcimq;

arcemq; Legato tradūt. Omanum quoq; ditionis
 Ecclesiastice Stephanus occuparat. is, ut iusti impe-
 rij titulum Tyrannidi prætenderet, cum AE G I-
 D I quæstorem nummorū in opia premi intellectis-
 set, cum eo mille nummū aureorum pactus est, ut op-
 pidis redditibus, in mutui compensationem, sibi frui
 liceret quadriennio: existimans scilicet id conueniū
 AE G I D I Oratum fore. qui tamen, cum pactum
 rescivit, improbata re, Stephano, ut intra sex dies
 oppido cederet, denunciatum mittit. Ille dicto au-
 diens cum imperatū fecisset, nummos cœpit instan-
 ter à quæstore repetere. Tunc uero AE G I D I V S
 dimidium ei reddere censuit. reliquos, quia satis cō-
 stabat ex uectigalibus Pontificijs plus etiam ab eo
 suisse perceptum, non item. His gestis in Montē
 Faliscorum uersus ab Urbeueteri promouit, relicto
 illi custodis loco, & cum potestate oppidanis etiam
 iuris dicendi Albernotio Richasulo, cui ducentos e-
 quites & quadrigentos pedites attribuit. Harum re-
 rum fama diuagata, complures ciuitates, que prin-
 cipio Ioanni Vico coniurauerant, de ditione ad
 AE G I D I V M Legatos mittūt. Quarum defectio
 ne Ioannes Vicus uehementer fractus animo, cū nec
 ab his, nec à Germanorū societate spes esset, tot cō-
 tinuis acceptis incommodis, rebus deniq; desperatis,
 legatio-

legationem et ipse, de se dedendo, et quaecunq; oc-
cupasset, ad AEgidium mittit. Et in fidei testi-
monium, alterum dare filium obsidis loco pollicetur.
Prestes addit magis, quam pacta. Quoniam ita tulis-
set fortuna, ut imperio et opibus amissis, ad quas res
non dolo irrepsisset, aut prorupisset uia, sed aut iuben-
te Ludouico Banaro, quam si suo iure posset, aut ip-
sorum populū uoluntate, et superioribus Pontifi-
cibus quadamtenus consentientibus, cunctus esset,
in summam omnū r̄rum inopiam redigeretur, ab
eo petere, nisi forte Ioannem Vicum, post omnia
uitali quoque aura interdicendum statuisset, de-
posita sua clementia et mansuetudine, quam in ali-
orum malis cognouisset, tantisper, dum in ipsum s̄e-
uiret, si tamen conseruandum decr̄uisset, obsecra-
re, aliquam saltem misero uitam trahendi, alendiq;
insolices cum conuge liberos, reliquam faceret fa-
cultatem. Oppidulum permitteret cuius pensiu-
cula ad priuate uite necessitates parca mediocri-
tate suppeteret. Accepit conditionem AEgidii
VS, et praecibus acquieuit. Accepto que obside, Li-
gerium Androtum ciuem Perusinum, cuius fidem
summam coniunctam pari prudentiae erga se perspe-
xerat, qui Viterbij praetoram gereret, cum ducen-
tis equitibus praemittit. Postero die Luppum Archi-
episco.

Piscopum Cæsaraugstanum, & Alphonsum Episcopum Pacensem, cum equum duobus millibus, et multis peditibus, qui oppidum reciperebat, submittit. Qui portis patentibus ingressi, claves portarum, turrium, arcisq; traditas acceperunt. Postridie Ligarius Androtus, ut iussus ab AEGIDI O fuerat, ad vocata oppidanorum contione populum, qui frequens conuenerat, in hunc modum ad pacem horatus est. Non se dubitare, quanta eo die cum expectatione populus Viterbiensis ad indictam sibi contionem conuenisset. Nam præter multa, ac prope innumerabilia incommoda, que cunctis, qui bellum gerunt accidere necessum esset, duo esse maxima mala, que homines potissimum urgere soleant. Quoniam, ut bello pendente, illam cunctis inesse perpetuam curam, summumq; timorem, ne quomodo, aut à quo quis hoste tandem superentur, sic postremo uictis illum testare timorem difficilimum, atque haud scire, an omnium maximum, quali uictoria in uictos deditiosq; uictor sui usurpus. Cuius cū iure belli summa sit facultas in eos animaduertendi, quos iusto bello deuicerit, neminem latere à multis, in eos etiam, quos iniuria debellassent, ita fuisse atrociter sœvitum, ut meritò omnes uicti euenterum uictoriæ deberent exhorrire. Viterbienses au-

tem

autem si nulla antiquorum exempla, quorum esse
plena omnia, mouerent, at certe recentia supplicia,
que ille Ioannes Vicus, (præsto enim aderat) de Ur
beuetanis superioribus diebus a se uictis sumpsisset,
conterrere debuisse. Qui Ioannes Vicus ex his, quos
expugnato oppido in potestatē ipsius uenisset, alios
securi percuti iussisset, alios egisset in exilium, om-
nibus magna ui pecuniarum imperata, quorundam
bona prorsus diripuisset. Et ea quidem omnia iure
belli ipsum sibi licere putasse, quæ Viterbiensibus,
quam Urbeuetanis tanto magis fuisse extimescenda,
quanto iustius bellum AEgidivs gereret, quā
Ioannes Vicus. Tibi enim inquit, Ioannes Vice, quo
niā huic concioni, quā nos ad populu Viterbiensem
AEgidivs habere iussit, interesset, nec nobis in-
uitis, uoluisti, aliqua sunt audienda, minime quidem
fortasse auribus tuis iocunda, sed uera usq; adeo, ut
ne tu quidem possis inficiari. Si tu enim qui de mis-
ris Urbeuetanis, quod urbem suam tibi non prode-
rent, dum sibi eam, ac summo Pontifici conseruare
conarentur, quod facere omni iure tenebantur, tam
graues poenas sumerē, non graue putasti, qui tot in-
ciues Romanos dudum cruciatus edebas, quicunq;
imperatam a te pecuniam dare, aut posse, aut uelle
negassent, aut quidquam facere ad nutum tuum re-
nuissent.

nūissent, si tu, inquam, qui modo decorū ope, quibus
 aduersis bellū gerebas, & AE GID II uirtute ac
 prudētia uictus iaces, hanc urbē decūcisses, uictorq;
 ingressus, concionem aduocasses: quo animo, credi-
 mus, hos omnes fuisse conuenturos? Certe alios cum
 bonorum publicatione exilia, alios capiti metuen-
 tes, minimē autem consciōs, relegationes tantum spe-
 rantes, aut quantamvis pecuniarū multam. Vos au-
 tem uiri Viterbienses, A E G I D I V S uictor pro
 sua clementia ac mansuetudine omnem metum gau-
 dio lātitiaq; iubet hodierno die commutare. Et hāc
 uictoriā non tam ipsi Pontificiū, quām uobis par-
 tam putare. Libertatē modo uestram uobis, otiumq;
 perpetuum, si bona uestra cognoueritis, restitui, exi-
 stimare. Nullam uobis pecuniarū imperat uim, nul-
 la iniqua tributa imponere uestræ ciuitati cogitat.
 Tantum à uobis petit, quod uos cunctis uotis, si sa-
 pitis, exoptare debetis, pacem ametis perpetuam,
 otium quietū diligatis. Quas res hoc uno assequi po-
 testis, si fidem Ecclesiæ, ac summo Pontifici debitam
 perpetua constantia obseruabitis. Et eos patriæ iu-
 dicabitis hostes, quos rebus nouis studere cognosce-
 tis. Quæ ut faciat uiri Viterbienses, non magis uo-
 bis fides ipsa, quæ est omnium uirtutum fundamen-
 tum, & diuina humanaq; iura, quibus estis obliga-
 ti, quām

ti, quām propria uestra, ac peculiaria commoda per-
suadere debent. Ea uero quot, quantāq; sint in pace
degentibus, tunc magis perspicietis, quum incom-
moda & detrimenta, quae bellum comitantur, alta-
mente, & intentis oculis fueritis contemplati. De
quibus multa mihi hoc in loco essent fortasse dicen-
da, nisi satis superq; uestra uos mala hoc tempore do-
cuissent, quām sit miserum bellum sustinere. Quod
est enim calamitatis genus, quod uestra hoc tempore
ciuitas non persenserit? Pecora uestra hostibus præ-
dae fuerunt, Villæ incensæ, Pagi diruti, Agri funditus
deuastati. Quibus detrimentis ad quam omnes ino-
piam redacti sitis, ipsi uideritis. Iā uero quotus quis-
que uestrum numerabitur, cuius pater, filius ue, aut
frater, aut ex his que horum loco sunt, aliquis præ-
lio nō fuerit desideratus. Omitto negotiorum inter-
missionem urbanorum & rusticorum, que uel sola
& opulentis indigentiam parere potest. Nihil dico
de laboribus, fame, sollicitudine, quae omnia comites
bellorum sunt. Atque hæc quidem infortunia, quan-
quam per se grauißima sunt, & que nullam non ci-
uitatem debeat à fuscipiendo bello deterrere, sed
quia temporalia intelliguntur, possunt quodam mo-
do leuiora uideri. Illos uero cruciatus æternos, quis
non exhorrescit? quis non cogitando contremescit?
quibus

Quibus apud inferos torquentur, ac sine fine torquebuntur eorum animæ, qui in huiusmodi bello ac perfidia interempti sunt. Formidabilis summi Pontificis, Christi uices gerentis, execrationibus ad loca damnatorum spirituum deuoti. Nisi forte uos, quod absit, Christiani nominetenus, adeo estis stupidi, et ab omni humanitate abhorretis, ut nullum esse Deum credatis, nec bonos gloria, nocentes poena affici putetis. Ac demum Christi loco Pontificem esse negetis. Si tamen Deus est, ut est, si Deus curat mortalia, si Christus in cœlū aduolans, Pontificem maximū Ecclesiæ suæ præfecit, quid tandem eos expectare conuenit, qui Ecclesiā quam ille costruxit, labefactare conantur, aut conantibus auxiliū præbent? Hæc et illa ciues Viterbienses ante oculos ponite, hæc tota mente versate, quæ uos seu uictores, seu uictos futuros, indubitate manet, quoties de rebellione aduersus summum Pontificem facienda, cogitabitis. Nec speretis cum iterum uicti essetis, ut certè essetis, nemo enim aduersus Deum sine sua pernicie pugnauit, tam mansuetum uictore esse experturos, quam modo AEGLIDI V M. Quin potius timendū est, ne præsentis uictoris clementia, uestrā tunc inuidiam et futuri indignationem adaugeat. Si quidem quanto modo huius mansuetudo maior in uos est, tanto illius erit tunc

in ingratos, iustior indignatio. Quæ oratio magno populi assensu gaudioq; excepta est. Et à Ioanne Vico, qui præstò, ut dictum est, aderat cum fratribus, & uultu & sermone comprobata. Huius ciuitatis statū deinde sic AE G ID I V S disposuit. In primis Ioannem Vicum cum tota ipsius familia Viterbio eiusq; finibus in duodecim annos interdicit. Pœnam addit quinq; millium ducatorum, quoties contra imperium fecisset. Quinq; præterea factiosis hominibus, & quos fuisse intellexerat, semperq; fore rerum nouarum cupidos suspicabatur, ne in posterum ciuitatis fidem, otiumq; sollicitarent, ex urbe cœstis, cæteris omnibus dat ueniam, & expulsoꝝ à Ioanne Vico iubet restitui. Tum omni cura in populigubernationem statuendam conuersa, Cons. no- uem æquo imperio, senatores ducentum creat. Qui ius dicerent, quoꝝ satis uisum est, constituit. Cohortem prætoriam, quæ Præfecti ciuitatis latus clauderet, & magistratus cæteros tutaretur, tercentū armatorum esse uoluit. Et, quia Viterbum totius Umbrie uelut caput esse uidebatur, operæ pretium id fore ratus, arcem præmunitā erigendam curauit, que mediocri præsidio firmata, eam ciuitatem posset in fide continere. Hæc cum summo Pontifici nunciata essent, ingens Auenione gratulatio facta est. Quan-

do Ioan-

do Ioanne Vico tyrannorū maximē formidabili de-
uictio, spes cūctos incessit, ceteros omnes facile pos-
se AE GID II uirtute debellari. Tunc Pontifex ad
AE G I D I V M literas mittit, laudibus, gratula-
tione, ac exhortatione plenas. Paulò pōst AE G I-
DIVS ab Arnaldo eius que fratre Ioanne Sutri-
um recepit, cum arce, quam ipsi ibi de suo aedifica-
uerant. Iussis oppidanis eos sumptus illis repende-
re. Deinde Interamna urbs, à situ sic appellata, de-
ditione facta in AE GID II potestatem peruenit.
Tunc Narnieses legatos de se dedendo miserūt. Item
Celerium & Cipignanū oppida in agro Viterbiensi.
Spoletoni quoq; missa lezatione, eo pacto ne in quē
quam animaduerteretur, se dedūt. Oppidi arcē AE-
G ID IVS triplici muro cinxit, medio crebris tur-
ribus munito: arcem deinde cum aduerso mōte, qui
non longe aberat, ponte cōmisit: & per superinstru-
ctum aquæ ductum fontem qui in mōte scaturiebat,
ad arcem deriuauit. Fontem ipsum lapideo propu-
gnaculo muniuit, ac præsidio firmauit, quo tutius o-
pus ab iniurijs redderetur. Aßisium deinde Episco-
pus Assiensis legatus publicē tradit, idem est tunc à
Nucerinis factū. Veientana urbs, quam nunc Castel-
lanā ciuitatē appellat, editissimo colle præruptis un-
iq; saxis sita, adeò est natura munita, ut absq; ullo

humano opere satis per se reddatur inexpugnabilis.
 Hac occupauerat Petrus Vicus, qui perterritus exē-
 plo fraterno, ne contra AEGIDIUM sibi quoq;
 pugnandum esset, urbem Luce Sabellio uendidit. Sed
 quia solutio differebatur, deposita est apud Julianum
 ciuem, donec precium solueretur. Hæc cum AE GI-
 DIO nunciarentur, literis nuncioq; Lucam ad se
 accersiuit. Qui cum se ad imperatum uenturum ne-
 gasset, nec illum oppidani deditio[n]is præberent in-
 dicium, AEGIDIUS detestatus cōceptis execra-
 tionibus Petrum Vicum, & Lucam cum toto popu-
 lo Veientano, uicis incensis, ac deuastatis agris, op-
 pidum obsidione cinxit, ac demū ad deditio[n]em, de-
 sperato auxilio, compulit. Bartholotius Hispel-
 lum diu tyrannide oppressum tenuerat: aliquādo ta-
 men oppidani, sœnitia tyranni pertesi, eum urbe eie-
 cerunt, seq; AEGIDIO dedunt. Ille uero coacta
 manu, ab uico quodam, quod aberat ab Hispello duo
 millia, crebris incursionibus agrum Hispelli redde-
 bat infestū. Quod cum esset ad AEGIDIUM de-
 latum, equitum peditumq; præsidio summisso, tyran-
 num lōgē sumimouit. Eadem tempore allatum est, in
 plerisq; Campaniae, atq; eius oræ maritimæ, ditionis
 Ecclesiasticæ ciuitatibus quosdam imperandi cupidi-
 tate rebus nouis studere, & nonnulla oppida uulgo
 à tyran

à tyrannis occupari, eaq; incommoda culpa, atque
 ignavia prætoris euenisse. Quibus malis, cum igna-
 uo & imperito, strenuus & prudens prætor, cum
 armatorum præsidio, ab AE G ID IO subrogatus
 fuisset, facile fuit obuiatū. Interim Ioannem Vicum
 Corneti Vicariū in duodecim annos AE G ID I V S
 crebat. Non tantū ut fidem instanter repetenti præsta-
 ret, sed multo etiā magis, ut suæ liberalitatis ac man-
 factitudinis fama per Italiam dissipata, reliquos tyran-
 nos, spe tutioris conditionis, ad pacē & deditiōnem
 alliceret. At summus Pōtīfex aut erat Paulo seuerior,
 & Ioānem Vicum uehementer oderat, nuncio ac li-
 teris AE G ID II factis certior, rem perimiquē tu-
 lit, eumq; per literas monuit, ut primo quoq; tempo-
 re Ioānē Vicum Corneti præfectura submouere cu-
 raret. Nec enim par esse, ut ei aliquis honos habere
 tur, qui Ecclesiam tamdiu, tantisq; incōmodis perti-
 naciter uexasset: nec uerum esse, eius fidem sanctam
 sore, qui semper infidus extitisset. Adquæ AE G I-
 D I V S in hunc maximè modum respondit. Si qui-
 dem odio suo, quo Ioānē Vicum prosequeretur, im-
 indulgere, quām imminentibus difficultatibus consule-
 re maluisset, non modo Ioannem Vicum nulla digni-
 tate ornaturum se fuisse, sed grauiſſima de eo suppli-
 cia sumpturū, nec enim ignorare, quām male ſemper

ille de Ecclesia Romana meritus fuisse. Sed cum sup
plicium de eo sumptum, qui se suaq; in deditio[n]em fi
dei ac potestati Ecclesiæ permisisset, cæterorum ty
rannorum animos à P[er]tifice auersurum, honor ha
bitus ad pacem impulsurus, uisus esset, omne odium
& indignationē publicæ ac maiori utilitati postha
bendum putasse. Imperatores clarissimos magno u
su id cōsilium usurpasse, cōmemorat. Annibalem im
primis, hominem alioquin crudelissimum, de quo sic
Liuius scriberet, in captiuos ex tradito præsidio, ut
fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nī
hil scutum est. & qui, post uictoriam ad Trasime
num de Romanis partam, captiuos nominis Latini
sine prelio dimisisset. Cæsarem in bello Gallico, Ale
xandrum Macedonē in subiungāda Asia multo plus
clementia in dediticio[n]is, quam pugnando, si uera es
sent historiarum momimenta, profecisse. Præterea
Ioannem Vicum multum affinitatibus consanguini
tatisq; ualere, quippe cuius affines ac propinqui
plusquam triginta oppidis multarum uirium impe
rarent, præsenti eius cōditione quiescentes. Quo ta
men, si quicquam grauius Ioanni Vico contra fidem
datam statueretur, omnes suas opes aduersus Eccle
siam collatum ire, nemini dubium esse debere. Cum
in propinqui simul atq; amici ultionem, tum uero ut
se à se

se à simili iniuria tuerentur. Non esse cōmittendum,
 ut ea hostibus imponatur necessitas, ut desperationē
 in uirtutem cōuertant. Huc accedere periculum, ne
 Cornetum, & multa alia oppida, quæ factionis Gi-
 bellinæ, & summi in Ioannem Vicum studij, eius uo-
 luntate fuissent recepta, non seruata ipsi fide, sibi in
 Ecclesiam rebellare licere putarent. Nam quod de
 Ioannis fide timeret, non esse dubitandum, datis ob-
 sidū loco charissimis liberis, quin ille ultrò nihil un-
 quam esset moturus. Atq; eas potissimum esse ratio-
 nes, quibus initio Ioannem Vicum indulgēter haben-
 dum putasset, & tunc nihil aduersus id factum inno-
 uandum censere. Quæ si Pontifici non tanti essent,
 ut Ioānem Vicum eo statu uiuere, æquo animo pate-
 retur, ab eo peteretur, ac per Deum obsecrare, ne se
 ministro ad eum ulciscendum uteretur, qui,
 suam fidem secutus, se suaq; Roma-
 næ Ecclesiæ commi-
 sisset.

I g Ioannis

AEGIDIII ALBORNO
 TII CONCHENSIS DVCIS CLA-
 riſimi, Vita, ac rerum per eundem gestarū, à 10
 ANNE GENESIO SEPVLVE-
 DA, Cordubensi, eleganter descripta-
 rum, Liber Secundus.



IC Vmbria recepta, AE-
 GIDIVS omnes suas cu-
 ras & consilia cœpit in bel-
 lum Malatestæ inferendū in-
 tendere. Satis enim cōstabat,
 illo superato, facilem fore de-
 ceteris tyrannis victoriam.
 Sed dum ad hoc necessaria cōpararet, ex literis Pon-
 tificis cognouit, se apud ipsum fuisse ab Archidiaco-
 no Anconitano insimulatū, quod cū Malatestis in ita
 gratia foedera percussisset. Adeò uiros optimos, qui
 calumniaretur, nunquā defuit. Quam calumniā AE-
 GIDIVS tanto iniquiore animo tulit, quanto lon-
 gius aberat à crimine, quod ipsi obijciebatur. Ergo
 Pontifici rationē consilij reposcēti ita respōdit. Non
 se mirari, si cū tot hominū inimicitias Ecclesia & cau-
 sa suscepisset, nō decessent qui se, factaq; sua criminā-
 rentur

rentur. Illud molestē ferre, quod propter quam rem
magnam à ceteris hominibus laudem, à summo Pōti-
fice gratiam quoq; non paruam sperasset, eam apud
ipsum AEGIDIO pro crimine obijcere quisquā
sibi licere putasset. Non quod pacem ullam fecisset
cum Malatestis, nec enim unquā tantam autoritatē
fuisse sumpturum, ut hoc integrum sibi esse putaret.
Sed quod ab hoste minimè cōtemnendo, per speciem
ſpemq; pacis bellum tamdiu uitare non imprudēter
ſciuisset, dum Ioannem Vicum satis per se potentem
hostem debellare posset. Cui rei niſi à ſe mature fuiſ-
ſet prouisum, & uterq; tyraṇnus opes coniunxiſſet,
quod maximē timendū fuisse, non eſſe dubitandum,
quin aut neuter eorū unquam ſuperaretur, aut bellū
difficillimū aut diuturnum eſſet futurum. Sæpe ad ſe
legatos à Malatestis bellum deprecantes ueniffe, pa-
cem cum eis feciſſe nunquā, ſpem pacis ſemper præ-
buiffe. Tunc id agere, ut Malatestas omni auxilio &
ſpe à Ioanne Vico deſtitutos aggredetur. Quæ ſi
culpanda eſſent, ſi digna censura uiderentur, nihil
ſe habere, quod pro ſe poſſet reſpōdere. Hęc reſpon-
ſa Pontifici allata comprobataq; multum, ut pare-
rat, apud ipsum AEGIDIU opinione auxe-
runt. Interea Malatesta cognito AEGIDIU con-
ſilio, uel quia bellū ſibi inferendū, ſuperato Io. Vico,

conieclura

coniectura prospicere facile erat, duo de uigesimo
mense, quam fuerat bellum initum, legatos ad AE-
GIDIUM mittit, qui sic cum ipso egerunt. Si pa-
cem secum summus Pontifex saceret, & urbes quae
obtinerent, relinquendas statueret, decem ducatorū
millia in singulos annos Apostolico fisco dare paci-
sci, & ad bellum gerendum AEgidium ducen-
tis equitibus duobus mensibus auxilio esse. Negante
illo licere sibi in ea pacta descendere, duodecim mil-
lia ducatorum in annos singulos, equitum trecentum
auxilium in tres menses pollicentur. Ad quod AE-
GIDIUS respondit: Nullas sibi à Malatestis con-
ditiones pacis accipere dicere nō, Pontifice inconsul-
to, integrum esse. Si uelint bellum deprecari, lega-
tos ad Pontificem mittant, seq; intercessore utantur,
nō se dubitare pro eius iustitia, quin que honeste po-
scerint, sint impetraturi. Tunc legati, in modo id ipsum
ab eo petere, obsecrare q; ut ipse de his conditioni-
bus Pontificem certiore literis & nuncio faceret,
suumq; consilium et authoritatem interponeret, ac
interim bello supersederet. Id cum impetrassent, di-
scendunt. Quod cum esset ad Pontificem ab eo rela-
tum, nullas esse leges pacis respondit, ciuitatibus in
tyrannorū potestate relicitis. Proinde Malatestas &
caeteros Flaminis uel Piceni tyrannos bello infecta-
ri per-

ri pergeret. Qua renunciatione accepta, AEGI-
DIVS nihil cunctatus ad bellum, in eunte uere, ca-
pescendum, pro rei magnitudine pergit necessaria
comparare. In primisq; cum intellexisset inter Gen-
tilem Molianum, qui Firmianæ ciuitati imperabat,
et Malatestam continenter bella superiori tempo-
re intercessisse, rationem coepit inire, ut alterius op̄i
bus ad alterum debellandum uteretur. Et ad Gentil-
lem Molianum legatos mittit, qui in Malatestarum
inuidiam eius amicitia captaret: darentq; operam,
ut inter se ac Gentilem pax non inquis conditioni-
bus fieret, et societas coiretur. Ille uero cōditionem
amplectitur sue infirmitatis conscius, simulq; ut oc-
casionem arriperet ulciscendi Malatestas, à quibus
multa magnaq; acceperat detrimenta. Pacem ergo
his conditionibus accepit, ut paucis suo iuri permis-
sis castellis, nec ijs magnis, cætera omnia redderet
Pontifici, ac obsides daret. Quod factum cum Mala-
testa resciusset, hostis iam Ecclesiæ iudicatus, cæte-
rorum omnium inimicitias odiaq; instanti discrimi-
ni posthabendas ratus, pro magnitudine periculi coe-
pit inire consilia: ac legationibus quoquo uersus di-
missis ad omnes Flaminia et Piceni tyrannos, no-
nos amicos conciliare, confirmare ueteres. Ille uero
et hostes reconciliare communi periculo omnibus

propo-

proposito, à cunctis auxilium petere: suam ini-
tem opem aduersus Ecclesiasticos polliceri. In pri-
mis habendam sibi rationem statuens, ut Gentilis
Molianus ab amicitia AE G I D II auerteretur, at-
que ad suas reuocaretur partes, triginta ei ducato-
rum millia per legatos mittit. Omnia oppida agri
Firmiani se illi reddere, et per liberorum connu-
bia affinitatem paciscitur, si datis acceptisq; obsi-
dibus, se se mutuo auxilio aduersus communem ho-
stem iuuarent. Et cum utriusque eadem esset causa,
eundem belli euentum experientur, commune esse
periculū docet, utiliorem magisq; fidam suam Gen-
tili amicitiam fore, quam AE G I D I I Qui cum
bellum pro Pontifice suscepisset, neminem eorum,
qui oppida Ecclesiastice ditionis occupasset, ho-
stem non esset iudicaturus. Nam et si ad præsens a-
amicitiam cum eo gerere simularet, ut facilius con-
tra cæteros bellum gereret, fore, ut alijs superatis
ipsum postremò excogitata causa, uel etiam non
quaesita omnibus bonis sine repugnantia expolia-
ret. Quibus auditis, Gentilis ucheinenter est per-
turbatus. Nec quid consilij caperet, satis sciebat.
Turpe uidebatur fidem AE G I D I O datam fal-
lere, sed magna erant et munera et promissa Ma-
litestæ, consiliumq; eius longè tutius reputabat. Et
hec

bæc quidem pars proculdubio uicerat, nisi quidam
ex Firmianis ciibus, quibus Malatestæ summo erat
odio restitissent, qui cum ex populi sententia legati
publicè ad AEGIDIUM missi de ancipiti Gen-
tilis animo docuissent, AEGIDIUS ad Gentilem
legatos misit, qui partim pollicitationibus, partim
territando, eius animum ab incepto reuocarūt. Qui
in fidei testimonium filium atq; nepotem obsides de-
dit, & duo castella Morosium, & Sanctum Benedic-
tum tradidit. Tandem legati missi à Malatesta re-
infecta redierunt. Nec ea tantum res fecit, ut rei be-
nè gerendæ, & Malatestam desperatio non parua,
& AEGIDIUM magna spes incesseret, sed
illud multò magis quod superiore tempore idem Ma-
latesta à Germanorū societate, de qua suprà demon-
stratum est, triginta millibus ducatorum pacem eme-
rat: magnaq; præterea stipendia erogauerat militi-
bus, quos ex eo conduxerat, qui fuerant supra mille
quingentos equites, multiq; pedites, cum bellum ad
uersus Gentilem Molianum gerebat: quibus sum-
ptibus maximè exhaustum numis esse Malatestam
nemini uidebatur dubitabile. Quum tamen nihil
secius abundare ipsum numero militum consta-
ret, augendum sibi exercitum AEGIDIUS
censebat, etiā reclamantibus eam diligentiam nimiam
esse

esse, nonnullis qui multum in rei militaris scientia
sibi tribuebant, dum ad hostis indigetiae suspitionem
illud adiicerent, eius exercitum necessario incunre
bello esse minuendum, deductis ad oppidorum custo-
diam militum præsidij. Quibus rationibus AEGI
DIVS respondere solebat. Stulti esse Imperatoris
ex dubio hostis consilio, aut futura infirmitate pen-
dere, dum posset ipsum multitudine militum supera-
re. Nam cum foriuna belli nimis esset anceps, diffici-
lius esse uicto bellum reparare, quam cedetibus suis
aut laboratibus, fessisq; integrros & recetes ex mul-
titudine submittere. His accedere, quod expugnatis
oppidis præsidia imponi ex paucitate subducta si-
ne magno incommodo non possent. Deniq; temerita-
tis esse in hostem exercitatum, consilio fortasse non
inferiorem, qualem esse Malatestam, uictoria uelut
explorata, irruere, si militum numero supercris.
Hoc inito consilio, per Umbriam Latiumque dele-
ctum haberi iubet, ut omnia, incunre uere, ad bel-
lum in Picenum transferendum essent compara-
ta. Interea Tudertini per legatos imperata factu-
ros polliciti, centum equites cum pari numero pe-
ditum subsidio mittunt. His rebus aucto numero
ex hybernis copias ducit: quarum parua parte
fibi relicta, reliquis Blascum Fernandum præficit.
iubetq;

Iubetq; in Flaminium Picenumq; inferre signa, &
que fieri uellet docet. Hunc ut Petrus Farnesius, Bo-
nifacius Urbeuetanus, Henricus Fessa, Viri nobiles
& armis exercitati subsequantur imperat. Huius
profectionis fama cum celerrimè Picenum & Flami-
niam permanasset, multi ex tyrannis per occultas le-
gationes, aut litteras pacem, alijs alijs conditionibus
ab AE G I D I O petierunt. Quorū duo maximè o-
pulenti Rodulphus Camerinas, & Ismedicius Seueri-
nas, etiam si societatem inierant cum Malatestis, me-
tu tamen perterriti indubitati periculi de ditione
occultum miserunt nuncium. Cum Camerino Blas-
cus appropinquaret, Rodulphus, Ioanne fratre lon-
gius præmisso, ipse ad duo millia paſuum obuiā pro-
greditur, atq; in urbem eum cum exercitu introdu-
cit, ipsumq; cum oppidis ac castellis subiacentibus
eius potestati permittit. Paulo pōst Gentilis quo
que Molianus, Blascum Fernādum cum exercitu Fir-
num admisit, eiq; oppidum tradidit. Arce tamen in-
aduentum AE G I D I I sibi reseruata. His rebus ge-
stis, nec dum tamen Auenioni nunciatis, allatæ sunt à
Pontifice litteræ, ne AE G I D I V S ab Umbria pro-
moueret, quo minus Ioannes Vicus cæteriq; eius re-
gionis tyranni inuitante occasione rebus nouis stude-
rent. Quamobrem consulenti Blasco per litteras an-

m Malatestas

Malatestas iā bello laceſſendos censeret: AEGIDIUS respondit. Abſtineret à bello in uigesimum diem, tantisper uidelicet, dum de Pontificis uoluntate quicquam certius afferretur. Inter hanc ſollicitudinem, qua AEGIDIUS nimium angebat, ut qui ampliſſimam & exploratam uictoriam ē manibus emittere iuberetur, ſuperuenere literae ab eodem Pon- tifice, qui rerum in Piceno geſtarum certior iam fa- ctus fuerat, quibus litteris, laudato conſilio AEGIDIUS, & Blaſci uirtute, ut pergeret bellum Malateſtis inſerre, hortabatur: daret modo operam, ne Umbria interea in diſcriumen traheretur. qua re delecta- tus AEGIDIUS Blaſcum Fernandum per literas monet, uti oppida inuadat agri Firmiani quae occu- pata erant à Malatestis. Ille nihil moratus & de ter- tia uigilia Firmum egressus in Phalatonem oppidum contendit. & primo impetu tradito ſimul & expug- nato potitur. Sancti quoq; Angeli caſtellum deinde ſimili modo recepit. Morus etiam, id oppidi nomen- est, eieclio praefidio ſibi impoſito à Malatesta, deditio nem fecit. Tria præterea oppida, quae ab Ancona nō longe abſunt, à Malatestis deficienția in Blaſci po- ſtatem peruenere. Interea AEGIDIUS profectus in Picenum ſic Umbriæ ſtatutum conſtituit. Iorda- ne & Angelum quæſtorē, quorum in populo Viter- biensi

bienſi ſumma erat gratia, ei potiſſimū ciuitati præſit-
cit: ſed & totius Umbriæ Latijq; curam & gubernationem iniungit. His quadringentos equites, pedites
ducentos, attribuit. Arci Montis Faliscorum Ioannē
Vrbueretanum præceſſe iubet. In arce Tuscanellæ ue-
terem probatæ fidei præſidem conſirmat cum mili-
tum ſupplemento. Ioannem Albertum Florentinum
cum centum equitibus et peditū pari numero in Vr-
beueteri cuſtodis loco relinquit. Et ne eſſet interea,
qui aliorum animos ad rebellionem follicitare poſ-
ſet, per honoris & amicitiae ſpeciem proſificens iubet,
nobilissimum quemq; ſe in bellū ſubſequi. Ut aut
Ioannē Vicum, ſi minus fides data, at certè cara pig-
nora in officio continerent, Franciſcum eius filium
uiginti equitibus præpoſitū ſecū adducit: relatio fra-
tre, qui datus erat obſes, in arce Montis Faliscorū.
Fulgincū modo peruenērat AEGIDIUS, & ſe,
cū reliquo exercitu cōiunxerat, cū Epifcopus Vicen-
tinus et Senitius Comes Palatinus à Carolo quarto le-
gati adſunt, uti Romā ueniret, impositurus ex more
coronā aurā Imperatoris capiti, qui ad compreſcēdā
Ludouici Bauari insolentiā autore Clemente VI. P.
M. creatus erat. Quia de re nō erit hoc in loco ab in-
ſtituto noſtro alienū, pauca uerba facere, quonia &
in ſuperiorib. de Ludouico Bauaro facta eſt mentio,

m 2 & fiet

& fiet in sequentibus de Carolo. Mortuo Henrico Imperatore, magna fuit inter electores Imperatoris controuersia, quibusdam Federico Austriae, alijs Ludouico Bauariæ ducibus suffragantibus. In tanta igitur electorum dissensione cädidati ipsi concurrunt ad arma. qua in pugna cum Ludouici res superior fuisset, maiore exercitu cōfecto, inuitio Ioanne XXII. qui tunc erat Pontifex Maximus, in Italiam irruere parat, ius fore ratus quidquid per violentiam rapuisset. Primum ergo accepta, ex more, corona ferred Mediolani, cui ciuitati Vicecomites tunc temporis auxilio eius imperabant, Romam peruenit. Cui duo ex nobilitate Romana Stephanus Columna & Nicolaus Comes tunc moderabantur, qui magistratus Vicarij Imperatoris Romani nuncupabantur. Absente itaq; collega ab Stephano Corona aurea insignitus est ad edes Laterani, iubente clero. P. Q. R. Tunc uero magna sumpta audacia, per contemptum non hominum tantum, sed Dei etiam immortalis Antipapam creat, in emulacionem Ioannis. XXII. quendam Petrum Corbariensem ordinis minorum, humili loco natum, non indoctum illum quidem, nec ignavum, sed scelestum & nefarium hominem, & qui contra iura diuina humanaq; reclamante uxore, religionem, quam pessime prophanaret, professus fuerat.

rat: sed relictus Pisis, abeunte Ludouico in Germani-
 an, capitur à Bonifacio Comite Pisano, & Auenio-
 nem perductus, & Pontifici traditus, in carcere mi-
 serrimè obiit. Ludouicus autem ipse, qui nullam occa-
 sionem prætermittens, omnes suas cogitationes in
 Pontificis Maximi et rei Ecclesiasticæ perniciem co-
 ferebat, multos tyrannos in ciuitatibus Ecclesiasticis
 aut ueteres confirmauit, aut denuo præposuit. Cuius
 hominis impietatem non ferens Clemens sextus, qui
 fuit tertius à Ioanne XXII, author fit, uti Carolus
 Ioannis Regis Vngarie filius, designaretur Cæsar,
 qui uirtute & opibus suis Ludouici conatibus ob-
 staret: is igitur legationē ad AE G I D I V M mittit,
 cupiens ab ipso potissimum coronari. At summus Pō-
 tifex, ne AE G I D I V S cum incommodo rei Eccle-
 siasticæ à tantis negotijs auocaretur, tres Cardina-
 les cum potestate eo nomine miserat, qui paulo post
 Carolum consecuti, peruenere urbem, ipsumq; autho-
 ritate Apostolica coronauerūt. Ea igitur res AE G I
 D I O iam antea cognita, pro responso legationis fuit.
 Cumq; nunciaretur Carolus Senas appropinquare,
 AE G I D I V S officij gratia, simul si posset ab eo
 quiddam auxilij impetrare obuiam procedit. A quo
 liberaliter indulgenterq; exceptus, cum ducentos e-
 quites auxiliares obtinuisse, Fulgineum unde uene-

rat rediſt. Paucis ibi diebus traductis, dum finiti-
ma quædam oppida reciperet, quorum fuere Nuce-
ria, Gualdum, Cæsarium, Carolus in Germaniam re-
greditur. Percusso foedere cum Principie Mediolanē
ſi: qui cum arma deponuſſet, multosq; tum equites,
tum pedites dimiſſiſſet, Malatestæ ac Franciscus Or-
delaphus, cæteriq; eius bellī socij duo millia equitū,
milleq; pedites ex illis mercede conduxerunt. Adeo
que tyrannorum exercitus auctor est, ut præterquā
quod multitudine peditum abundaret, quatuor mil-
lium numerum equitatum exceedere conſtaret. Qua
occatione fiduciaq; persuasus Gentilis Molianus, quē
antea non tam fides quam metus in officio continue-
rat, ab AEgidio defecit, ſeq; tyrannis aggrega-
uit: qui coactis uiribus magnaq; sumpta audacia, nō
dubitauere ſeſe Ecclesiastico exercitu opponere &
ſponte ad pugnam prouocare. Prorsus, ut cum Nico-
laus Azaiolus uir rebus gestis inſignis & ſumma au-
thoritate grauis, quem uulgo magnum Architricli-
nū Regis Siciliæ appellabat, conaretur inter utroq;
bellum dirimere, Malatestæ, qui nuper omnibus pre-
cibus bellum deprecabantur, tunc uelut explorata ui-
gloria, magno fastu pacem repudiarent. Quo cogni-
to AEgidius etiam ſi nummorum inopia preme-
retur, qui nimis parçè à Pontifice ſuppeditabantur.

ex hanc

ex hausto, ut ipse dicebat, ærario, tamen uel proprio sumptu nouum militem conducere statuit. Et quidem satis opportunè accedit, ut sexcenti equites, qui Bononiæ præsidij gratia hyemauerant, paulò antè à Principe Mediolanensi dimissi, et conductorem expellentes in eadem urbe commorarentur. His itaq; cōductis, peditum etiam habitu delectu, suppleuit quidem exercitum, sed adhuc hostibus numero militum impar conandum statuit, si qua ratione hostium copiae possent distineri. Ipse igitur suas partitur. Maiori parti Alphonsum Toletanum præficit, & in agrū Ariminesem ducere, omniaq; ferro flammaq; uastare imperat. Ille non segnius, ac iussus fuerat imperata executus, et obuia quæq; populatus, duobus ab urbe millibus castrametatus est. Inde q; crebris incursiōnibus agros infestabat: nec quenquam urbē ingredi, egredi uel patiebatur. Quod cū esset tyrannis perlatum, resq; ad consilium referretur, omnes in hanc sententiam iere: primò quoq; tempore subueniendū esse Ariminensibus, sed habendam esse rationem, ne interea reliqua pars exercitus Ecclesiastici libere uagaretur, & ceteræ ciuitates in discrimen traherentur. Quare placet copias bifariam partiri, ut minor pars finitimis oppidis præsidio esset, alteram Galcottius Malatesta in agrum Ariminensem duceret, urbem que obsidione solueret. Nec hostibus,

si poposcissent, pugnandi copiam facere, recusaret. Cognito AE G I D I V S Galeoti discessu, iubet properè cum silentio castra moueri, & ut sereliquo exercitui coniungeret, summa celeritate cotendit prorsus: ut non prius hostis in agrum Ariminensem peruenisset, quam copiae Ecclesiasticae congregarentur. Cum se exercitus in mutuum conspectum dedere, interq; pugnam capessere paratus, instruunt, educunt que acies duces strenue, ut quidem par est credere, sed quo potissimum modo, non est traditum. Tūc AE G I D I V S cohortādos militum animos oratione pre miorumq; pollicitationibus accendendos ratus, in hunc maximè modum aduocata contione, locutus est

Iustissimi pījū belli Viri fortes, quod pro Repub. Ecclesiastica, proq; religione Christiana, que nobis patria lōgē charior esse debet, authore Deo C H R I S T O contra tyrannos, Christiani nominis hostes, gerimus, bona pars diuina ope uestraq; uirtute nobis confecta est. Recepimus Latium, Umbriam subegimus, Aethruscorū dubios animos in fide ac officio confirmauimus. Nec solum cæteri eius tractus tyranni uobis succubuere, sed Ioannes etiam Vici tyrranno rum & potentissimi & maximè formidolosi opes uestræ uirtuti ceſserunt. Iam uero ut pījissimo sacroq; bello finis imponatur, ut pax sit rebus, ut Ecclesia statutus

statutus uestra opera à perfidorum uiolentia uindice-
 tur, uosq; uestra uirtute digna præmia capiatis, tan-
 tū superest, ut Piceni Flaminiæq; tyrānos debelletis:
 quæ uictoria quam sit nobis in expedito numine di-
 uino posita, si cam hodie uirtutem præstatis, quam
 superioribus prælijs præstitistis, uel me tacente uo-
 bis satis exploratum esse debet. Mihi enim principio,
 cum hanc expeditionem comparabam, rei magnitu-
 dinem reputanti, multi labores hauriendi, aut magna
 discrimina subeunda occurrebant. Quippe si tyran-
 ni muris fossisq; contenti, nobis sigillatim forcent ex
 pugnandi, longa duraq; obsidionum fastidia, malaq;
 animo præcipiebā. Sin cū uniuersis, coactis uiribus,
 quod magis fore putabam, prælio esset decernendū,
 uestræ quidem uirtuti, mihi multis magnisq; pericu-
 lis cognitæ, summoperè confidebam, ac strenuitate
 recreabar, anceps tamen fortuna belli, dubiusq; euē-
 tus, indubitatam multitudinem hostium animo præ-
 cipientem me anxium habebat. Nunc cum res eo de-
 ducta sit, ut tyranni, qui uniuersas opes non inutili
 consilio cōtulerant, satis gnari haud aliter suis uiri-
 bus nostrum exercitum eſe tolerandum, diuisis co-
 pijs pugnare cogantur, quid tandem existimandum
 est, nisi Deū C H R I S T V M, pro cuius Ecclesia bel-
 lum gerimus, uindicem adesse? & suorum hostium

animis tenebras obfudisse: ut de regibus Ammoreorū
sacris literis proditum est. quos turbauit Dominus à
facie Israel, et cōtrivit plaga magna in Gabaon. Qui
cum parte copiarum nostrarum configere rati, soli-
dum exercitum adesse, tunc demum sentient, cum se-
ra pugnæ pœnitentia subeunte, non nisi fugæ locus e-
rit: quam tamen plerosq; eorum non iuuitos arrepta-
ire certum habeo. Nec enim genus belli nobis igno-
tum est, aut hostis ignoratur. Cum his est uobis mili-
tes dimicandum, qui tyrannos exosi duces: ut hominū
sunt natura, trahuntur magis ad execrandum bellum,
quam ducuntur, nihil magis quam fugere, si id impu-
nè liceat, parati. Taceo quod ueterani milites, cum ty-
rone exercitu pugnaturi estis, Religiosi & animis
spiritibusq; ob honestatē causæ pleni & confirmati,
cum sceleratis, & suæ impietatis conscientia profl-
gatis. Sed, ut intelligatis milites C H R I S T I, quan-
ta animi contentionē pugnam capessere debeatis, po-
nite ante oculos quanta rerum momenta discriminē
huius certaminis uertantur. Vobis enim hodierno die
C H R I S T V S Ecclesiam suam, sibi suo, et innume-
rabilium Martyrum sanguine partam committit, ut
eam uestra uirtute è nefariorum hominum impiorū
que latronum manibus asseratis, qui si superiores,
quod abominor, euasissent, frustra credite mihi, supe-
riori

rioribus prælijs uiciſſetis. Siquidem cum inexplebi-
 lem ſitim noſtro piorumq; ſanguine faciaſſent, ere-
 tis ſceleris ſocij:, qui ueſtra uirtute iacent, non dubi-
 um eſt, quin Eccleſiam, ac religionem Christianam,
 ipſorum ſcelere labefactatam funditus eſſent euersu-
 ri. Atſi uicti erunt, ut erunt, noui enim ueſtram uirtu-
 tem, & praesens numen ad eſſe ſentio, laceratam Ec-
 cleſiam reficietis, captiuam in libertatem afferetis, et
 Christianam religionem ultimum diſcrimen adeun-
 tem, pristinæ dignitati reſtituetis. Cum Deo ergo be-
 ne iuuante Viri fortes arma capite, ueſtri laboris cer-
 tiſſima præmia capturi, quibus enim hoc ſacratiſſimo
 Prælio oppetere continget, hi paratos habebunt an-
 gelos Dei, qui ipſius militum beatas animas cum glo-
 riosis martyrii coronis excipient: qui uero pugnæ ui-
 flores ſuperuerint, pro ſuis quidem quisq; facinori-
 bus editis, quæ laterc minime poſſunt, digna præmia
 reportabit, omnibus tamen ſine diſcrimine pro hac ui-
 gloria duplex militie polliceor ſtipendium. Sed nec
 Galeottus Malateſta in cohortādis militibus ſibi defu-
 it: quē huiuscemodi habuiſſe orationē accepimus. Ca-
 ptatam iam pridē nobis facultatē milites cum hoste
 aperto marte decernendi, en ultro hodie nescio quæ bo-
 na fortuna attulit non ſperantibus. Video enim hostes
 educta

educta acie, pugnam capeſſere paratos : quām cum
diu, nobis poscentibus, iunctis viribus ſuis, totoq;
exercitu turpiter detrectauerint, certum habeo, nuc
partitis copijs, neceſſitatis non animorum hoc eſe
consilium. Atq; equidem mea ſententia iuſtitutum
ducis, ſi militum animos haberet consentientes, non
eſet admodum improbandum, qui cum locus effu-
giij minus ad eſſe intelligat, quo ſe tuto poſſit recipi-
re, mauiſt ſuum exercitum quantulacunq; ſpe præ-
ter ignominiam uinci, quam inter fugam & trepi-
dationem turpiter occidi, ſed parum animaduertit,
quo genere militum, & contra quos diſcillimam
pugnam fit initurus. Opponere molitur mercenari-
os milites, milites autem, immò uero latronum collu-
uiem, qui nulla gloria accensi, nulla, præterquam
præda, aut mercedis ſpeducti, bellum gerunt. qui cū
neq; pro ſua dignitate, nec pro libertate patria dimi-
care cogantur, deſerunt potius signa, quām niſi ex-
ploratam habuerint uictoriam, ullum Martis diſcri-
men ſubſtinere inducant animos. Hoc genus, in qua,
militum educit in aciem contra uos, quibus utinam
pro gloria tantum et decore, non etiam pro opibus,
pro libertate, pro ſalute ante mœnia ueſtra eſet di-
micandum. Nec enim timeo, ne nobis, qui ueſtræ li-
bertatis duces ſumus, fraudi, aut uobis errori fit,
quod

Quod in nostram inuidiam callida improbitate exco
gitauit, iactatq; uersutus hostis, dum nobis tyranni-
dis nomen obiectat: qui uobis uolentibus, atq; adeo
magno consensu potentibus, uestrum ciuitatum pa-
trocinium, contra improborum hominum auariciam
notasq; fraudes suscepimus, contra eorum dolos, &
cōpilationes, quos religionis, quam omni turpitudi-
ne profanant, specioso nomine, suas sordes & sceler-
ra prætexentes, non pudet honestis uiris, ac suæ libi-
dini obſistentibus tyrrannidis (quam ipſi affeclant,
exercentq;) nomine inuidiam facere, & uanis exe-
crationibus detestari. Quasi Deum immortalem,
quem nos sanctius ac religiosius reueremur, colimus
que, suis sordibus ac criminibus consentientem, &
conspirantem habeant, & non potius iratum, quod
uideat, suam religionem, & Ecclesiam, quæ sanctimo-
nia, frugalitate, terreni imperij opamq; despectu, ex
ēx̄plo C H R I S T I ac beati Petri tuenda erat, in am-
bitionem & auariciam conuersam scelere eorum, qui
bus commissa esse uidetur: qui sacerdoti, uirtutum o-
lim & sanctitatis non tam præmia, quam exercita-
menta, nunc ab ipsis in mercatoræ formam coacta,
quo carius emunt, eo turpius ad corrigendam pecu-
niam abutuntur. Et si quis imperatam pecuniam pē-
dere renuerit, aut ipsorum libidini parere iussus, ut
est.

est hoc genus hominum imperiosum, minus obtent
perauerit, hunc protinus sacris interdicunt, horredis
deuotionibus detestantur, quibus ignaos homines et
superstitiosas mulierculas deterri compererunt. i-
dem cum erga uiros fortes, prudentesq; , nec ignaros
quam uana sint ista territamenta, nisi iustissima sint,
intellexerunt, terras mariaq; miscent. & non tam
marte qua plutone agitante bellum inferunt: scilicet,
ut beatum Petrum, cuius clauibus se imperare iactat
imitentur, qui in suæ posteritatis exemplum pescato-
rium instrumentum, quo solo suam paupertatem tole-
rabat, iubente C H R I S T O , abiecit, ut doceret, præ-
ter uirtutem & Religionem, omnes res humanas fu-
turo C H R I S T I uicario, non modo non esse appe-
tendas, sed etiam abiiciendas. Atque euidem horum
& habendi, & dominandi inexplicabilem auiditatem
ut cunq; tolerandam esse censerem, si ullum modum ser-
uare scirent. Atq; adeo legatos, præ hac nostra mode-
stia, saepe ad eos de pace misimus, multa de iure no-
stro, multa etiam de libertate remittentes, ea offerren-
tes annua tributa, quibus, si scirent auaricie tempera-
re, satis superq; debuerunt esse contenti. Sed dij im-
mortales, quo fastu, qua insolentia respondere? Dedi-
tionē sine conditione uolumus. Cedite patria, relin-
quite opes, manus date, misericordiā supplices implo-
rate,

rante, nostrum sit in captiuos summum ius, nostra sit
 summa in deditios necis iuxta, & uitæ potestas.
 Quid turpius ærata mancipia ab importunissimis
 Dominis audire, quid grauius expeclare solent? Ita
 cum sit aut pugnandum, aut misere scuuiendum, uel
 mortem fortibus Viris ante seruitutem ponendam sta-
 tuimus. Ergo uiri fortes memores uestræ libertatis,
 sic hodie pugnate, ut memineritis, huius prælij discrè-
 mine, uestra, patriæq; libertas, opes, salus deniq; uer-
 ti. Reputantes quamē virtutem hodie præstiteritis,
 talem im posterum statum fortunamq; uos, ac ciuita-
 tes uestras habiturum. Sic utring; accensis militi-
 bus, committendi prælium signum datur. magno im-
 petu initur certamen, diuq; peruicaciter ancipti ui-
 gloria pugnatum est. Donec Galeotus, ut laboranti-
 bus suis subueniret, admisso equo, in hostes irruens
 & ab his fortissimè exceptus, uulnerato letaliter e-
 quo prosternitur, capiturq;. Quod, cum esset paſsim
 diuulgatum fecit, ut Ecclesiastici pro uictoribus es-
 sent hostes prouicti, qui metu dissipati fugā capeſſūt
 Ecclesiastici, fugientes cōfetti, magnas strages edi-
 derunt. Quo in prælio Blasii Fernādi militis simul,
 & ducis munera exequētis, uirtus & strenuitas sum-
 moperè emicuit, dum hostē repellit, laboratibus suis
 subuenit, et opportūa appellatione milite cohortatur.

Nec

Nec minor fuit in Rodulpho Camerinate, nec industria, nec animi promptitudo, quin et Alphonsus Toletanus et Carolus Aduadula præcipuam eo die laudē meruere. Namq; AEGIDIVS ipse non pugnando sed imperando uincebat, et instructa acie, magis suam censebat decere dignitatem, Deum immortalem interea cunctis precibus obtestari, ut res feliciter eueneret, quam ut ipse inter tela uersaretur. Hac parta uictoria, pleraq; omnia oppida, que circum Ariminum sita sunt, partim facile expugnata, partim spontanea deditione in AEGIDIU po-testatē peruenere. Inter quæ Aesim urbem expugnauit Blascus, Maceratam Fedus tradidit spōte, qui ei hactenus imperitauerat: quem oppidanis petenti bus, AEGIDIVS eidem oppido præfecit. At Galeottus Malatesta, quem à militibus captum fuisse demonstrauimus, adhuc in eorum potestate permanebat. Nec, ut cum traderent AEGIDIU ulla ratione adduci poterant, donec sibi, ut promissum erat, duplex stipendum, quæ summa erat. quadraginta millia ducatorum exoluere tur. Non quod de præstandis pollicitis dubitarent, sed impatientes moræ, ne solutio in longū traheretur uerebantur. plenisq; enim nota erat AEGIDIU indigentia, quem superiore solutione decem milia ducatorum de suo ero-
gasse

gasse constabat. Quæ res cum AE G I D I O suam
 authoritatem minuere uideretur, in hæc pacta de-
 scendit, ut milites apud Rodolphum Camerinatem
 in uigesimum diem deponerent Galeottum, haberet
 que obsides pro eo Blascum Fernandum: Vngarum
 Saxoferratum: Ioannem Albertum: Albertatum Ri-
 casulum, quibus militibus, si citra præstitutum dicim
 satisfactū esset, traderetur Galeottus AE G I D I O,
 si aliter, redderetur ipsis, essetq; eorum in captiuū
 summū ius summaq; potestas. Ergo AE G I D I V S,
 omni cura in conquirendam pecuniam conuersa, à
 Perusiniis octo millia ducatorū mutuatus est, ab Eu-
 gubiensibus tria. Questorem præterea Florentiam
 properare iubet, & pecuniam sibi longo tempore
 debitam à Florentinis exigere. Ipse uero quidquid
 habuit uasorum aureorum, argentorumq; & annu-
 lorum Albergotio Fabriensi uiro id temporis ualde
 nūmoſo oppigneravit, accepta pecunia quæ summæ
 deerat, qua militibus numerata Galeottus Eugubiuū,
 ubi AE G I D I V S commorabatur, iussu eius depor-
 tatur, daturq; custodiæ. Tanta clade fractus Ma-
 lateſta, optimum factu esse statuit ad Pōtificis Aegi-
 dij: misericordiam configere, & quorum erga u-
 trung; summam esse gratiam, aut authoritatē intel-
 ligeret, horum maxime præcibus ad componendam

194 AE G I D. ALBORN OT. VITA

pacem uti. Ergo paucis interie^tris diebus, Nicolaus
Azaiolus, de quo suprà mētionem fecimus, à Carolo
Cæsare, & Cardinale Hostiensi nuncius adest cum
literis, quibus ab AE G I D I O magnoperè conten-
dunt, uti cum Malatestis, futuris in posterum Eccle-
siæ tributarijs fidissimisq; clientibus, fœdus toleran-
dis conditionibus feriret. Nec uellet antiquam nobi-
liſſimamq; familiam, & fibi amicitia coniunctā fun-
dit^r abolere. Nec grauaretur, si Malatesta ad ipsum
uenire uellet, tut^a colloquij facere facultatē fore eā
rē sibi gratissimā, et à dignitate ipsius cōmodoq; rei
Ecclesiasticæ minimè alienā. Inquā sententiā cum
multa Nicolaus addidisset, ab AE G I D I O impe-
trat, uti sua uoluntate liceat Malatestæ ad colloquij
uenire: qui poſtridie ei⁹ diei literis Nicolai accitus
adest, & introductus ad AE G I D I V M , ad eiusq;
pedes obuolutus crimē fatetur, ad ipsius clementiam
cōfugere, q̄ nemo unquam fruſtra implorasset. Erra-
torū uenia, et pacē petere. Cu:us sermone interpella-
to, Nicola⁹: Hoc ait, à te Malatesta petit, clemētissi-
me Imperator, in quo & Carolo Cæſari & Cardina-
li Hostiensi nimiū gratificaberis, uti ea oppida, que
in Flaminia obtinet sibi liceat tua uoluntate retine-
re, nec id quidē ut domino, sed ut Pōtificis, Ecclesia
que tributario cliēti, Reliqua omnia summi Pontifi-
cis

cis tuæq; potestati permittit, quibus AE GIDIUS
respōdit. De graui re nō se, ni post maturā delibera-
tionem, responsurū. Postero die cum rem ad consiliū
referens, quid Malatesta postularet, exposuisset, cæ-
terorum huic congruere sententiæ, nullas conditio-
nes pacis à Malatestis esse accipiendas, eis' ue dicen-
das, Nam qui nuper tam superbē pacem renuissent,
necessitate eos non potentia ad pacta descēdere. Nō
esse ambigēdum, tanta clade accepta fractos animis
uiribusq; omnino suis rebus diffidere ut qui minimē
valeant bellum reparare. Vecordis esse aspiranti de
esse fortunæ. Adhac tyrānorum fidem cum fortuna
commutari: quippè quorum nihil interfit, quibus ar-
tibus dominentur. Ergo optimum csc, Malatestarū
familiam ab Ecclesiasticis finibus exterminare. Ad
quod ni occasio præsens prætermittatur, nihil nego
tij supereſſe. Hec et pleraq; alia in hāc sententiā di-
ctu satis speciosa iactabātur, que tamē AE GIDI
animū baud satis explebat multa uiriaq; simul agi-
tantē. Quippè ne Cæsaris animū offenderet, et Car-
inalis Hostiēsis amicitiā parui facere nideretur me-
tuebat, si uterq; tanto studio, pacē fieri, ab ipso fru-
stra comedis̄et. Præterea nunciatū erat Patauinos,
Perusinos, & Mantuanos cum Malatestis amicitiā
cōiunxiſſe. Huc accedebat nummorū penuria, q; ex

196 AE G I D. ALBORNOT. VITA
hausto Pōtificio ærario ad ducendum bellum minus
suppetebant, quod si Malatestæ aequi inopia labora-
rent, ac certe difficile fore reputabat, expugnare A-
riminum, Anconam urbes munitissimas, et conge-
stis commeatis abundantes, et quorum oppidanos
tyrannis studentes, cum ipsi Ecclesiasticæ factionis
homines è proprijs sedibus expulsi sunt, totis viribus,
priuatisq; opibus restituros, non erat dubitabile: me-
tuentes scilicet posse, ad ipsos simile malum recide-
re. Nec parum mouebat, quod cæteros tyrannos, qui
collatis cum Malatestis viribus ad summam belli nō
parui erant momenti, horum opibus destitutos infir-
mos forc, certum erat. His igitur persuasus, simulq;
ne tantis precibus, rem honestam denegare uidere-
tur, pacem cum Malatestis faciendā statuit, sed quo-
niam de eare consulendus erat Pontifex, quanquam
à se dissensurum non uerebatur, duorum mensū con-
redit inducias. Quarum tertius agebatur cīes, cū à
Pontifice, non alienas à uoluntate AE G I D I I li-
teras Petrus Episcopus Tirosonensis deserit: quarū
hoc fuit exemplum. In eam sumus inopiam redi-
eti, adeoq; ærarium exhaustum est, ut minimè ducen-
do bello sufficiamus: quim etiam, ut tandem sufficeret
mustuæ, magna ex parte, prudentiæ, atq; industrie
serimus acceptum: proinde bello Italico finem ali-
quando

quando imponere cēsemus. quod etiam si rebus tuis
 gestis comparatum, breue admodum posſit uideri,
 nobis tamen qui summa inopia premimur longū est.
 sed nec finiēdi deest occasio. Ma!ateſtæ omnibus pre-
 cibus bellum à nobis depræcantur. Pacem cum his
 facito: quibus conditionibus, modo Ancona urbe ce-
 dant, nihil prescribimus. Tu quid rei Ecclesiasticæ
 expediāt, quidq; à nostra dignitate non abhorreat,
 ut soles, dispicies. Galeottus, quem captiuum ducis,
 redimat censemus libertatem medietate stipendij mē-
 litibus duplicati. Pace facta cum Malatestis cætera
 tuae uirtutii ac prudentiae inexpedito erunt. Ac cæte-
 ris quidem tyrānis, qui supplices pacem orauerint,
 equiore te præbeas licebit. Gentili Moliano, ut sit
 non inultæ perfidiae, atq; inconstantie exemplū, nul-
 las conditiones pacis, niſi ut finibus Ecclesiasticis o-
 minino cedat, dicas. Finito bello, ita tibi proxima
 cura fit, uti urbibus oppidisq; uiros & prudentes,
 & probatae fidei præficias: postremo, ut arces mu-
 rosq; dirutos reficiendos cures. Hac ubi feceris ad
 nos uenire properato, tua opera atq; consilio indigē-
 tes. His litteris lectis, quæ modo pacem morabantur,
 Pax his conditionibus facta est. Ut Malatestæ: Arimi-
 num, Fanum, Pisaurum, Forum sempronij, in decem
 duntaxat annos retinerent, singulisq; sena milia

ducatorum Pontifici duabus pensionibus. VIII. Cālend. Ianua. & III. Calend. Iulias, tribuerent. Reliqua omnia oppida Flaminiae, Picent, Massæ Trebariae, Sanctæ Agathæ, quicquid denique præterea ditionis Ecclesiastice occupassent, restituerent. Quod si qua ciuitas earum in Ecclesiam interim re bellasset, Malatestæ cemum equitum auxilio Ecclesiasticos tribus mensibus iuuare tenerentur, & ad præsens tres itidem menses eodem equitum numero auxiliarentur. Galeottus ad hæc, cum triginta millia ducatorum exoluisset, tum demum liber esset. Has conditiones paris sic constitutas, & sanctissimo iure iurando firmatas, ubi Episcopus Tiroscensis et Albertius Ricafulus ad Pontificem detulissent, non modo ipseratas habuit, sed AE G ID II consilium in pace facienda, nihilo se minoris, quam uirtutem in bello gerendo, facere non semel in concilio Cardinalium professus est. Finito bello cum Malatestis, oppidisq; ab ipsis receptis, AE G ID V V S opimum factu fore statuit, copias partiri. ut uno tempore pluribus tyrannis, haud breui abiunctis interuallo, bellum inferretur, quos non putabat prelio dimicaturos, ut qui per se infirmiores essent, sed urbibus contentos, muris se, & uallo à uolentia tutaturos. Ergo cum res non uno impetu sed a grorum

grorum populationibus, obsidioneq; gerenda vide-
 retur, copias in tres partes distibuit, uni Blascum
 Fernandum præfecit et contra Gentilem Molianum
 mittit: alteram Alphonsum Toletanum in fines Cæ-
 senatium inducere iubet, eosq; uastare, et urbi infe-
 stum adesse: tertiam Bonifacium Urbeuetanum præ-
 esse placet. Et quia summus Pontifex, qui in extin-
 guibili odio in Ioannem Vicum ardebat, multis sæ-
 pè literis AEGIDIUM commonuerat, uti cum
 Corneto, cui ab ipso fuerat præfectus, expellendum
 curaret. Bonifacio imperat, Cornetum proficiscar-
 tur, & quidquid Pontifex iussit in Ioannem Vi-
 cum, exequatur. Se uero his rebus, quas Ioanni Vi-
 co fide data concessisset, hominem expoliādi nequa-
 quam authorem, quod sæpe testatus esset, futurum.
 At Blascus nulla interposita mora in agrum Firmia-
 num rapit agmen, quem cum decem continuis die-
 bus populatus esset, dispositis machinis, coepit mag-
 no impetu urbem impugnare. In cuius mutum cum
 partim deiecisset, ceterum propugnatoribus nu-
 dasset, iubet milites, qua murus patebat, ingredi,
 & qua facilior uideba. ur ascensus, scalis conser-
 dere. Illi nihil sibi reliqui ad celeritatem facientes,
 imperata faciunt, quos cū uidissent oppidani intra
 urbem admissos, Ecclesiam una uoce sæpius conclu-

200 AE G I D. ALBORNOT. VITA
mant. At præsidū nihil segnius intra urbem redin-
tegrato prælio fortissimè repugnat, & in tertīā ho-
ram certamen trahit: sed tandem uicti hostes in ar-
cem confugiunt. quam cum Blascus duodecimo iam
die obſideret. Gentilis expers uictorie, desperatoq;
auxilio, cum ne fugæ quidem locus eſſet, ſe ſuosq;
de-
dit, & Blasci misericordiæ permittit. A quo nō mo-
do ſeruatus eſt in columis, ſed ipſo deprecatore im-
punitatē ab AE G I D I O impetravit: qui cū nun-
ciata uictoria, ac deditione Firmum perueniſſet, ut e-
rat singularis in deditioſ clementiæ, iuſſum modo fi-
nibus Ecclesiasticis excedere Gentilem, munuſculis
etiam & uiatico proſecutus eſt. Huius urbis muros
dirutos refici statim iubet AE G I D I V S, arcemq;
reparari, que nō mediocriter tormentorum ictibus
concuſſa fuerat. Cum ſtatui ciuitatis huius proſpe-
xiffet, Blascum qui imperata administraret, cum de-
ſtimato præſidio reliquit, ipſe uero Anconam ire cō-
tendit. Interea Alphonsus Toletanus fines Cesenates
populatus, Sanctum Archangelum, et Sauignanum,
haud ignobilia oppida, receperat. Paulo post AE
G I D I O ab exploratoribus, quos occulte per om-
nes tyrannorum urbes diſpoſuerat, nunciatur, Ber-
nardinum Poletanum quem Rauennam obtinuisse
demonstrauiſſus, audita uictoria de tantis tyrannis,
maximo

maximo metu trepidare, ac proinde posse facile ad dditionem compelli. Ergo Patriarcham Aquilegiam sem cum exercitu Rauennā proficiisci iubet, portis urbis insistere, ac omni ratione tyranno metum injicere. Qui cum strenue imperata administrasset, tyranus dditionem facere parat: qui hac duntaxat excepta conditione, ne urbe pelleretur, magnam uim auri in praesentia dare profitetur, & dum ceteri tyranni pacarentur, centum quinquaginta equitibus Ecclesiasticos iuuare. Qua de re consul:us AE. G I D I V S conditiones accepit nō grauate. quibus firmatis Rauenna recepta est, & Ceruia, quae eidem tyranno subiacebat. At Frāciscus Ordelaphus et Ioannes Manfredus, quorum hunc Fauentiae, illum Foriliuij, et Cæsenæ tyrannos esse, supra demonstraūimus, reliquum bellum sibi potissimum impendere intelligentes, milites undiq; omni studio conquirūt, & auxilia summis præcibus implorant. Itaq; societatem illam Germanorum, de qua supra mentionem fecimus, cum duce Laudino magna mercede conducere nituntur. quod cum minus processisset, magno prelio eos adducunt, ut Picenum incursionibus prædarem, eo scilicet consilio, ut Ecclesiastici à Flaminia auerteremur, & ad Regē Pānoniæ, et ad Barhabouem, eiusq; fratrem, qui in principatu Medio-

502 AE G I D. ALBOR NOT. VITA
Ilanensi Ioanni Archiepiscopo inde mortuo successerant, subsidia compreccatum mittunt, quibus rebus cognitis AE G I D I V S Pontificem per litteras de statu rei certorem facit, hortaturq; uti primo quoq; tempore Regem Pannonicę & Principes Mediolanenses dimissis literis roget, obtesteturq; ne improbis tyrannis, & Ecclesiæ Christiq; hostibus prestant auxilium. Porro ipse dispersas copias cogit, & relictis Alfonso Toletano centum equitibus & ducentis peditibus, cetero exercitiui Blascum Fernandum praefecit, iubetq; in Aprucium accelerare, & Germanos, qui transitum in Picenum parabant itinere prohibere. Is, cum eo magnis itineribus contendisset, opportuno loco castratus, se Germanis opponit, qui cum, ne tunc quidem incepto desistere, animos inducerent, sed ulterius progrebi, coactis viribus putarent, Blascus prælio statim decernere, nisi quod sine imperio AB G I D II non licebat, ex usu rei putabat. At AE G I D I V S factus ab eo sui ex primorum exercitus consilio certior literis, consultusq; respondit. Abstineret prorsus à pugna, sed occupatis superioribus locis Germanos sua presentia deterreret, & factis pro re & tempore incursionibus, longius uari ne pateretur. Neq; enim cum his esse in ancipitem

pitem pugnam, nisi necessariò descendendum, qui
 si superentur, uictorem nullum, aut certè mini-
 mum emolumentum sit consecuturum, si uicto-
 res euaserint, maximam iacturam sint illaturi.
 At qui si Germanos deuicerimus, ulciscemur qui-
 dem flagitosos homines, sed post cruentam ui-
 toriam exercitu nostro (quod euenire necesse est)
 minuto, quæ oppida? quos populos propterea
 Ecclesiæ, quo nomine bellum gerimus, recipie-
 mus? Nam si ab ipsis uicti essemus, timendum es-
 set, ne sumptis ex infirmitate nostra & spiritu &
 viribus, iacentes tyranni excitarentur, & longo
 labore parta momento temporis amitterentur. Se-
 tamen supplementum missarum conscribit, ut au-
 glo exercitu multitudinis terrore hostem auertat,
 aut si pugnare fuerit necesse, non sit uictoria
 dubitabilis. Tunc euocari præsidia iubet, su-
 perioribus diebus per oppida disposita. paucis
 admodum ad arcium custodiam relictis, quæ
 celerrimè ad Blascum peruenere. Simul que le-
 gatos ad Germanos mittit conquestum de foede-
 re uiolato, quod secum percussissent quibus man-
 dat. nimis præcibus addant, & omni ratione nitan-
 tur, ab eo consilio deterrere. Interea Frãscus Or-
 delaphus arrepta occasione, quod uidebat Flaminia
 Eccl.

Ecclesiastico milite uacuā, cœpit Ecclesiastica op-
pida crebris incursionibus infestare. Quo intellecto
AEGIDIUS iubet Alphonsum Toletanum cum
coacta undecunq; manu tyranni violentiam compe-
scere. Malatestis scribit, pacta subsidia suppeditent.
ad cuius imperatum Galeottus cum centum equiti-
bus mittitur. qui cum ad Alphonsum peruenisset, &
lia oppida circum uagari & eis præsidio esse iube-
tur: ipse uero Quilianū contendit, quippe cui oppi-
do maius periculum à Francisco Ordelapho immi-
nere constabat. At Franciscus despecta etiam tunc
paucitate, non contentus incursionibus cœpit Qui-
lianum oppugnare, illi uero eruptione facta inopi-
nantes adorti turbant, cœdunt & in fugā coniiciunt.
Franciscus cum his qui stragi superfuere, se in Forū
luij recepit. Hac parta uictoria, manuq; nō con-
temnda coacta, Galeottus se, cum Alfonso Tole-
tano coniunxit, & communī sententia placet Mo-
dianam, quod oppidū Francisco subiacebat, oppug-
nare, cum à primoribus Montis Velij, oppido id no-
men est, conditio offertur Alphonso, si octingenti du-
cati sibi conferantur, oppidum sese ipsi tradituros.
Simul igitur & de oppugnando Modianam, & de
emendo Monte Velio ad **AEGIDIUM** referre, sa-
tius est usum: qui respondit, Nec esse tempus con-
teret.

terendum in oppugnatione oppiduli, quod in Foro-
liuij posset expugnari, nec in uenalis oppidi emptio
nem pecuniam profundendam. quippe oppida pecu-
nia facile parta, facile pecunia amitti solere. Eam
curam deponerent, ex relicto Galeotto cum parte
confectae manus ad præsidium partorum oppidorū,
Alphonsus cum reliquis militibus ad Blascum pro-
peraret. Quod eo consilio fieri uoluit AE GIDI-
VS, quo supra euocasse præsidia diximus, cum in-
ter ipsum & Germanos de conditionibus pacis pa-
rum conueniret. Nam societas, perditorum homi-
num colluui crescebat indies, & tyrannorum stu-
dijs efferebatur. Sed tandem audio Ecclesiastico ex-
ercitu in hæc pacta AE G I D I O petente descende-
runt, ut ipse quinq; millia ducatorum Germanis nu-
meraret, illi uero citra duodecimum diem fines Ec-
clesiasticos, temperantes à maleficio excederent,
nec ante sex menses cuiquam ex hostibus Ecclesiæ
quacunq; ratione auxilio essent, ac foedere non uiol-
lando depositis decem ducatorum millibus, adiura-
tusq; Comes Laudinus caueret. Quibus ita constitu-
tis, Germani Flaminiam uersus profiscuntur, præ-
cedente cum sexcentis equitibus Perucio Pepo, sub
sequenti Alfonso cum cætero Ecclesiastico exer-
citū, qui ipsos ab iniuria & maleficio prohiberent,
donec

donec finibus Ecclesiasticis excessissent . quo itiner-
re comes Laudinus cum Alphonso colloquutus pro-
fitetur , si æqua offeratur conditio Ecclesiastica sti-
pendia mereri . Quod cum esset AEGIDIO de-
latum , non censuit flagitioso & notæ perfidiae ho-
mini habere fidem . Eacura AEGIDIUS
solutus totum bellum in Ioannem Manfredum con-
uerit , & quia Blascus Fernandus Firmum redire
atque ea loca tutari iussus fuerat , Alphonsus Epi-
scopus cum exercitu ad oppugnandam Fauentiam
mittitur . Ille uero adiunctis sibi cum milite au-
xiliari Galeotto Malatesta & Bernardino polenta-
no Fauentium agrum populatus oppido infestus
adest . At Ioannes Manfredus , qui nec animo des-
cerat , & numero militum abundantabat , indignum
duxit in prospectu urbis agros ab hoste se uidente
agi ferriq ; , & oppidum iam propè q̄bsidione cin-
gi , se uero , uelut muris tantum fidentem , intra mœ-
nia contineri . Ergo milites hortatus aciem educit ,
& Ecclesiasticis pugnare potestatem facit . Alphon-
sus uero hostem extra mœnia conspicatus , paratum
prælio decernere , uix oculis habita fide , suos & ip-
se hortatus , partarum uictoriarum , & p̄ istine
ipsorum uirtutis admonens , in hostem fiducia ple-
nus irruit : pugnatumq ; est diu , summa contentio-
ne ,

ne, sed demum hostes terga uertere, & se in opidum recipere. Quo in prælio non paucis Ecclesiasticis, pluribus ex hostibus desideratis, captus est inter cæteros uir quidam non obscuro loco natus, sed eius nomen non est traditum, cuius consilio maxime uti solitum esse Ioannem Manfredum constabat. Hunc ad se AE GID IV S, nunciata victoria, adduci iubet, nec hominis conueniendi cuiquam facultatem fieri, eum uero, qui ipsum ce-
pisset, centum ducatis donari. Eo prælio fractus Ioannes Manfredus ad Episcopum huiusmodi legationem mittit. Si liceat sibi, saluis opibus priuatis, ab omni publico munere Fauentiae abdicatum uitam ducere priuatam, oppidum se AE GID IO dediturum. Quam legationem cum ad AE-
GIDIVM retulisset Episcopus, hoc ab eo responsum tulit. Qui talia retulissent, eos putare se, per speciem legationis exploratum in castra ue-
nisse. Eadem enim Ioanne Manfredum ante illam
victoriam frusta contendisse. Proinde Legatos iu-
beret quanum primum castris excedere. Et si qui præ-
terea uenerint, ne paterebunt diu commorari. inter-
imq; suorum fidelissimū qumq; corum lateri adha-
re iubet, qui occulta, & perniciosa colloquia fie-
ri prohiberet. Ipse uero Fauentia oppugnare perge-

ret. Legatis itaq; re infecta redeuntibus, Episcopus
cœpit Fauentiam oppugnare. Cuius cū partem mu-
rit tormentorum ictibus dirutam confexisset Ioan-
nes Manfredus, & propè esse, ut Ecclesiastici subi-
rent, quibus ipse cum paucis militibus resistere non
poterat, legationem mittit de se dedendo, & pacem
his conditionibus impetravit: ut ipse Fauentiam, &
cætera oppida, uicosq; et castella ditionis Ecclesia-
sticæ, qui ab ipso fuissent occupati statim AE G I-
DIO traderet, & intra duos menses proximos, cō-
positis rebus suis, tota Manfredorum familia nun-
quam reuersura, Fauentia, & eius finibus excede-
ret. Interea obside filio dato de excedendo intra
præstitutum tempus, caueret: & ad hunc modum
Fauentia in AE G I D I I potestatem peruenit.
Interea à Iordane Præfecto Umbriæ, et à Bonifacio,
quem contra Ioannem Vicum missum fuisse demō-
strauimus AE G I D I O litteræ afferuntur uastato
agro Cornetano, atq; obfesso oppido Ioannem Vi-
cum paratum esse ditionem facere, nisi admodum
iniquæ conditiones dentur. Proinde quid agendum
esset imperaret. Quibus AE G I D I V S respondit,
se uero illius belli inferendi nunquam authorem ex-
titisse, quin dissuasorē potius, multò minus igitur ge-
redi futurū, Proinde Pontificē consulenter aut si lō-
gum ui-

quod illi gratum fore existimarent, id efficerent. vi-
cto Ioanne Manfredo, & cum familia de oppido e-
iecto, ne per occasionem ab officio discederet proxima
cura erat, Franciscum Ordelaphium debellare. His ige-
tur rebus Ecclesiastico exercitu in Flamina occupato,
Gentilis Molianus cum Rogero filio, adiuncto sibi
cum latronum cohorte Guarcelino latrone, id tempo-
ris famosissimo, crebris incursionibus, aut graffatio-
nibus potius per occasionem factis, coepit Picenum in-
festare. Quo nuncio commotus AEGIDIUS par-
tem copiarum contra eos mittit, à qua comprehensi,
& ad AEGIDIUM adducti, capite pœnas dedere:
et sic tandem notissimus ille tyranus Gentilis Molia-
nus, qui scelus sceleri addiderat, tanta perfidia, tantis
que flagitijs condigna morte miserrime obiit. Dum
hæc apud AEGIDIUM geruntur, Alfonsus To-
letanus, qui exercitum Foroliuij admouerat, coepit us
que ad portas incursions facere, si posset Franciscū
Ordelaphium, ut superioribus diebus Ioannem Man-
freduum ad pugnam elicere, qui se hactenus intra op-
pidum continuerat. Ille uero, ne exemplo quidem il-
lius perterritus, pugnam detrectauit, & pugnatum
est summa contentione, postremo uictus Franciscus
est, & in Forumliuij secessercepit multis utring, inter-
fecitis, captis nonnullis inter quos Ioannes Lazarus

ex Francisci Ordelaphij intimis familiaribus capitur
& ad AE G I D I V M defertur. Qui, cum ab eo AE
G I D I V S sciscitaretur, quid consilij Franciscus ce-
pisset: quibus opibus fatus, cuius ue auxilijs spe-
molem belli sustinere speraret, incertis responsis,
nec sibi satis constantibus percontantem illudebat,
tandem, cum AE G I D I V S tormenta minaciter in-
tentaret respondit. Omnem spem Francisci Ordela-
phij positam esse in Principibus Mediolanensibus, qua-
si destitueretur, nihil esse, quod posset eius ditione
morari, quim & magnam partem militum, quorum
opera ad præsens uteretur, magis Ecclesiasticorum
qui exitu eos interclusissent, metu, quam officio con-
tinere. Quibus responsis, congruere literæ à nonnul-
lis ciuibus Bononiensibus rei Ecclesiastice studiosis,
quibus nunciabatur AE G I D I O, appropinquare all-
xilia missa à Barnaboue Francisco Ordelaphio, quin
& ipse Barnabo AE G I D I O scripserat depreca-
tus, ut se aduersus Franciscum Ordelaphium mitiore
gereret. His igitur malis AE G I D I V S ratus occur-
rendum, ad Barnabouem huiusmodi literas conscri-
bit. Audio uos Ioannis Mansfredi, Ecclesiæ Christiq;
hostis, qui cum bellum gerimus, tyrannidem souere,
iamq; missa ipsi à uobis auxilia iter ingressa appro-
pinquare. Et quidem non tantum mea caussa mole-
ste

ste fero, quod affectum iam auxilio diuino bellum mi-
 bi ad alias res properanti diuturnius facere paratis,
 sed uestro etiam nomine nō mediocriter moueor. Nā
 cum Luchini patris uestri, Ioannisq; Archicpiscopi
 fratri eius summa semper in Romanam Ecclesiam
 fides, summum studium stetisset, nec minor inter Ar-
 chiepiscoporum meq; amicitia, multis utring; firma-
 ta beneficijs intercessisset, putabam sperabamq; uos
 illorum non minus virtutum atq; amicitarum fore
 successores, quam principatus, fortunarumq; hæredi-
 tam adituros, tanto magis cum omnes opes uestras
 & imperium, ac demum quidquid estis Pontificibus
 acceptum referre debeatis, si principia requiritis à
 memoria nostra non ita remota, quandoquidem Bene-
 dictus. XII. principatum Mediolani Luchino patri,
 & Ioanni patruo uestro, nullo successionis iure debi-
 tum primus detulit, existimans eos, corumq; posteros
 tanti beueficij memores summo semper studio erga
 Ecclesiam futuros, nec ea eū spes hactenus falsum ha-
 buit. Nā ut uetustiora taceamus, nuper Ioānes Archi-
 episcopus ineūti mihi bellū Italicū aduersus hostes Ec-
 clesiæ magno opitulatus est auxilio, quē Mediolano
 transiuntē gratissimis preciosisq; muneric. prosecu-
 tus fuerat. Atq; adeo post ipsius mortē reputati mihi
 fortunæ bellicæ uicissitudines, si qd detrimeti acceptis

esset, id resarcendi, uel etiam augendi spes nihilominus in Principibus Mediolanensium reponebatur. Nunc uero quod tantum uos ab eorum moribus, et institutis desciscatis, ut ipsorum hostes pro amicis, et amicos pro hostibus habere substineatis, magnopere doleo. Quid enim aliud his factis assequimini, nisi ut simul et maiorum uestrorum sententiam damnare, aut uestram inconstantiam turpiter profiteri, et Deum spernere uidcamini? quorum altero insigne uobis inter homines infamiam paritis, altero diuinam iram concitatis, que solet inimicos suos non leui iactura ulcisci. Vos igitur pro mutua benevolentia que nobis cum patre patruoq; uestro coniunctissima fuit, hortor, et per Deum immortalem obtestor, turpes conatus reprimatis. Nec unius tyranni, eiusdēq; infirmissimi amicitiam Pontificis de uobis meritis, ac nostrae necessitudini praeponatis. Quae si feceritis, gratissimo utrumq; nostrum beneficio demerueritis, si aliter, mementote hominum, ac Dei simul irā uobis esse extimescendam. Alphonso quoq; Toleta scribit, laxaret oppidum obsidione, ut militibus Francisci Ordelaphij si discedere uellent, facultas esset, et Ariminum uersus agmen reduceret, ibiq; se iubet expectare. His litteris dimissis, iussis que nuncijs aduolare, AEGIDIUS summam spem in celeritate po-

te ponens, si res accelerando, antequam auxilia conuenirent, confici posset, cum prætoria cohorte, & manu, que tumultuario delectu confici potuit, Ancona profectus, magnis itineribus Ariminum uenit, ubi Alphōsum Toletanum cum exercitu obuium habuit, inde Fauentiam peruenit, & firmo præsidio oppidum firmat, cui Episcopum præesse uoluit. Ipse nihil moratus in agrum Cæsenatem rapit agmen, ut eo oppido expugnato, quod minus firmo præsidio tenebatur, facilior esset Forliuij expugnatio, socia ciuitate amissa, & adiecta dubijs militum animis desperatione. Vastato igitur agro, & oppido pluribus partibus simul cœpto impugnari, oppidani ne quid grauius patarentur, se dedunt. Accepta in deditio[n]em Cæsena, AEGIDIUS Abbatem Cluniacensem custodis loco ibi reliquit, cui firmum præsidium attribuit, ipse exercitum Forliuij admouet, quod oppidum cum oppugnare cœpisset, oppidani uel inuitio Francisco Ordelaphio deditio[n]em facere parant, is tamen desperatis rebus, & auxilijs retardatis haud magno perè repugnauit. Missa igitur legatione, imperata se facturos, urbemq[ue] tradituros profitentur, ea conditio[n]e, ut nullum nec capit[us], exiliū ue supplicium de quo piam oppidanorum sumeretur, opum ue irrogaretur multa. Quibus cum AEGIDIUS respondisset.

cæteros facile se passurum, nullo accepto incomodo, in oppido permanere, modo Franciscus Ordelaphius urbe statim excederet, accepta conditio est, & oppidum traditum. At Franciscus Ordelaphius Mediolanum ad Barnabouem confugit & sortem suam miseratus ab eo conteudit, ut agat cum AEGIDI O, aliquam sibi facultatem relinquere, qua posset uitam tolerare. Cuius misertus Barnabos, et Galeatius fratres huiusmodi ad AEGIDIUM epistolam mittunt. Venit nuper ad nos Franciscus Ordelaphius, patria pulsus, luctu, & mœrore plenus: qui, multa de sua in fœlicissima sorte miserandum in modum questus, ita nos afficit, ut non secus ac eiusdem calamitatis socij cum eo doleremus. Demumq; cum se à tanto dolore paulum receperisset, nos obsecravit, quandoquidem auxilio nostro, in quo summam spem posuisset, causa uestra destitutus, principatu amisso, eo infœlicitatis ueisset, ut præter miseram animam, nihil sibi relictum esset, tecum ageremus, præcaremurq; uti sibi, quem nuper cum deuicesset uiuum excedere passus esses, aliquam uitam ducendi rationem reliquā faceres. Quod & propler mutuam amiciciam, et pro cætera tua humanitate à te impetratum iri non dubitabat. Quippe rem nō sine exemplo fore. Nam superioribus diebus in Ioānem Vicū, Malatestas, Bernardinum Poleta

num,

num, & plerosq; alios à te deuictos, quos ob eandem
 caussam hostes habuisses, summam te usum clemen-
 tia demonstrabat. Quibus rationibus, quaq; fiducia
 ducti has ad te literas scripsimus, tibiq; cum summe
 commendamus, nec iniqua poscentem, & nobis ma-
 gnis studijs cōiunctum. Ne homo claro loco natus, nu-
 per potens & opulentus, à quo si tyranni nomen ab
 stuleris, nihil uel in præteritū, quod magnoperè cul-
 pare possis, inuenias, nunc in obprobrium fortunæ
 mendare cogatur. In quem si quo preter ceteros
 priuato odio utereris, id uti nostræ amicitiae condo-
 nares prectremur, relaturi cum reposceris, uel etiam
 si non reposces gratiam, quodcumq; beneficium in
 Franciscum Ordelaphium contuleris. Quibus leclis
 AEGIDIUS, & consuetudine sua, & Vicecomitū
 precibus ductus duo oppida Ioanni Manfredo permi-
 sit, quæ Ecclesiæ nomine teneret, ac eorum redditib-
 us aleretur. Sic consecratio bello Italico, cū singulis ci-
 uitatibus probatae fidei uiros præfecisset, necessariaq;
 adhibuiisset præsidia suffecto sibi Androimo Abbatे
 Cluniacensi, Auenionem contendit. Exceptusq; est ho-
 norificentissime, ingenti omnium lœtitia. Appropin-
 quanti enim Summus Pontifex cum uniuerso Cardi-
 naliū collegio ad duo millia ab Vrbe passuum ob-
 viam officij gratia procedunt. Vbi in palatiū Pon-
 tificium

tificium deductus est, locuplete oratione rerum gestarum AEGIDIIS summam complexus Pontifex ipsum pro suggestu magno operè laudauit, & Ecclesiæ Patrem cum magno omnium assensu appellauit; & tandem iubet eum omnium rerum Italcarum curam cum summa potestate habere, & Androinum, quem successorem habuisse demonstrauimus AEGIDIUS in cunctis quæ imperasset obtemperare, siquidem dignum esse eo honore qui tot laboribus suscep-
tis tam bene de Ecclesia meritus esset, & si quid co-
sulto, factō ue opus esset, per eum maximè Italiam o-
ptimeq; retineri posse, per quem recepta fuisset.

AEGIDIUS ALBORNO TII CONCHENSIS DUCIS CLA- RISSIMI, Vita, ac rerum per eundem gestarum, à IO- ANNE GENESIO SEPVLV- DA, Cordubensi, eleganter descriptarum, Liber.

TERTIVS.



VINTVM decimum iā men-
sem AEGIDIVS Auenione
apud Pontificē morabatur, cū
domesticis cognatorū sedicio-
nibus euocatus, easq; sedare cu-
piens profectionē in Hispaniā
com-

comparabat. Qui quo tempore à Pontifice missionē
 efflagitabat, eo potissimū crebri rumores afferūtur,
 plerasq; ciuitates Italiæ uehementer tumultuare, qui-
 busdam hominibus nouis imperijs studentibus, alijs
 ueteribus inhiantibus. Quibus rumoribus cum litte-
 re nuncijq; ab studiosis rei Ecclesiasticæ eadem nun-
 ciantibus consentirent, causam huius mali perquirēs-
 Pontifex, ignauiam potissimum esse reperiebat An-
 droini, qui parum administrandis publicis rebus ido-
 neus esset. Vnūq; esse AE G I D I V M, cuius uel sola
 præsentia tyrannorum uiolentia cohiberi, ac populo-
 rum inconstantiā stabiliri nullo negotio posset, quip-
 pe quē tyranni summoperè formidarēt, ciuitates dile-
 gerent, simul & uererentur. Cum igitur de mittendo
 Androino successore Pontifex ad patres retulisset, u-
 na fuit omnium sententia, remittendum esse AE G I
 D I V M, cuius prudētia, uirtusq; multis, maximisq;
 periculis sibi æque, atque hostibus nota esset, è cuius
 harū rerum opinio ad cōtinendos in officio populos
 satis esset per se potens, modo AE G I D I V S more
 suo, ne grauaretur priuatis negocijs publicā utilitatē
 anteferre. Porrò in alio deligēdo in expertæ, aut in
 dñstriae, aut strenuitatis periculoſissimè in carerum
 Perturbatione peccari posse. At AE G I D I V S, quē
 ab officioso itinere comparata iam profectione ob-

strahi, iniquo animo ferebat, cum res suas gestas effe-
rentibus gratias egisset, & sua ipse facta extenuasset;
quidquid gesisset Dei auxilio acceptum referens, qui
tyrannis hostibusq; Ecclesiae impunè esse non fuisset
passus. Multos esse ostendit sapientia, simulq; uirtute
præstātes, quibus summa eius expeditionis optimè, ac
tutissimè deferri posset. Se uero, si nullo magno nego-
tio distineretur, tamen post tot laborum discriminūq;
cursum hominem affecta ætate uelut militem uetera-
num eius muneris uacationem emeritū uideri posse.
Quanquam, cuiusmodi eſſet in Ecclesiam animi stu-
dijq; ne his quidem cauſas obſtituras fuiffe, quo mi-
nus id quod ſupereret ſtatis bono publico, & Eccle-
ſiasticæ dignitati impartiretur, ſi ipsius opera utilis
fore Pontifici patribusq; uifa fuisset, non, ſi eodem la-
bores remeare, totiesq; cum hostibus iterum depug-
nare iuberetur. Tunc uero necessario ſe in fratres &
cognatos officio euocari, qui cum magno & pertinac-
iū diſſidio ad uulnera uisque proceſſiffent, ipſeq; ſo-
bus tantis malis occurrere ac mederi posſe credere-
tur, non eſſe committendum, ut ea cura deposita, cog-
natos ac fratres deſeruiſſe uideretur, qui ipsius adiu-
tū expectatione o perirentur. Proinde Pontificem pa-
tresq; etiam atq; etiam deprecari, ut cū multi ex pa-
tribus eſſent, quibus plurium rerū uſum, & magnitu-
dimem

dinem animi longè præsentiores ad id munus obeñ-
dum concederet, paterentur, se in summa necessitate
propinquis, ac fratribus suū officiū impartiri, quod
Ecclesiæ, cum licuisset sine insigni criminis nota, li-
bentissime præstisset. At summus Pontifex, qui in tā
tis difficultatibus summam spem in AE GIDIO
collocauerat, quanto ille constantius negocium recu-
sabat, tātò ipse magis desiderio accēdebatur, causasq;
AE GIDI potissimum mittendi inueniebat. Neq;
enim modo præsentiam eius animi, fœlicitatemq; in
certaminibus reputabat, sed meminerat etiam multo
maiora bella consilio eius fuisse corsecla, quam alter
magnis uiribus pugnando confecisset. Sed nec illud
parum mouebat, reputare in quanta sæpe omniū re-
rum indigentia milites continuisset, sustinueritq; gra-
uia bella, tum commitatibus parcendo, tum de suo si-
ne cunctatione suggestendo, tum demum iniecta sapi-
enter spe animos militū fouēdo. His accedebat, quod
ab omnibus iactabatur, AE GIDI nomen tyran-
nis esse formidolosum, & gratia summa & omnes ci-
uitates Ecclesiasticas. Omni ergo ratione conatus in
suam sententiam adducere, ostendit denique, ac
multis confirmat exemplis, si necessitas optionem
dederit, cognatos potius, quam aut patriam, aut re-
ligionem esse deserendos. Porrò Ecclesiam cuncto-
rum piorum patriam esse, & religionem, aut certe
patria

patria multo cariorem esse deberet, quæ si sacrile-
gis & sceleratis hominibus per contemptum agenda
ferendaq; permitteretur impunè, non esse dubita-
dum, quin breui religio Christiana summum detri-
mentum esset acceptura. At qui à sapientibus illud Ci-
ceronis laudari. Qui non defendit aut obficit, si po-
test iniuriæ, hunc tam esse in uicio, quam si parentes,
aut amicos, aut patriam deserat. Quod si fratres &
cognati intestina discordia agitarentur, posse eam se-
ditionem, & per litteras, & per amicos principes
uiros sedari, eamq; curam sibi ipse depositis, & suam
se gratiam, & autoritatem ad rem conficiendā col-
laturum pollicetur. Tot rationibus, tantisq; preci-
bus AE G I D I V S, admodum alioquin exorabilis,
& summi in Ecclesiā. Pontificemq; studij uictus pro-
uinciam suscepit, & profectioне cōparata, magnis i-
tineribus in Italiam contendit. Cuius aduentu adeo o-
mnes, qui rebus nouis studuerant, perterriti sunt, ut
non iam de imperijs occupandis, sed magis de capitiv-
ibus suis, proprijsq; fortunis retinendis solliciti esset.
Admissus itaq; sine repugnātia in singula Ecclesiasti-
ca oppida, sumpto supplicio de his, qui tyrānidē affe-
ctarāt, collaudatisq; ciuitatibus, quod eorum conati-
bus obstitissent, omnium populorum animis in Eccle-
siam magnopere confirmauit. His rebus gestis AE GI
DIVS

DIVS, qui nullam Ecclesiæ iuuandæ occasiōne p̄ae
termittebat, totum animū, omnesq; curas ad religio
nem conuertit, si quomodo abolere posset nefarium il
lud scelus, quod multum ea tempestate uocati Frati
celli inter facinorosos homines, & credulas fatuasq;
mulierculas per specie religiōis dissipauerāt. Quan
doquidem mortuo miserrimè in vinculis Petro Colu
tio, quem à Ludouico Bauaro in emulationem Ioan
nis .XXII. P̄otificis Maximi Antipapā Romæ crea
tū fuisse, supra demonstrauimus, nō defuere scelesti ho
mines, qui Ioannem .XXII. eiusq; successores, nec iu
re, nec sancte Pontifices factos fuisse contenderent, et
in contemptū religionis Christianæ flagitiosam quan
dam, simul & turpisimam sectam excogitarent. Nā
conuenientibus in antris, locisq; abditis, quos in eam
turpidinem allegerant, Viris foeminisq; qui inter ip
sos sacerdotes habebantur, ut crimen honestate p̄ac
texerent, diuinā laudes Christiano more precine
bant. Quibus int̄epesta nocte peractis, sacerdos pro
contione quedā p̄efatus ad confirmandos in nefari
o errore hominum animos, in eo maximè erat occu
patus, colendā eſe antē omnia charitatem, quam eſe
omnium uirtutū caput sacræ literæ testarentur. Por
rò potissimum hanc inter homines authore Deo con
ciliari

ciliari posse, Si spiritus sancto inuocato bini masculus
fœminaq; Venereo complexu iungerentur. Cum er-
go quam quisq; oculis prænotarat extintis lumini-
bus uiciasset, tunc demum peracta sacra censebantur,
quo compressu si qua concepisset, deportari ad se par-
tum sacerdotes iubebant, qui solemini more in loco sa-
crificijs dicato cōuenientes, infantulum subiecto igne
ad cineres usq; comburebāt, quos urua exceptos cel-
rem sacram reponebant, cumq; erat aliquis collegio
sacerdotum cooptandus, illis cineribus cum uino epo-
tis initabatur. Credo ut poenitentiæ nullus locus re-
linqueretur, & quem religionis persuasio continere
nō posset, criminis saltem societas retineret. Quod si
si Pontificem eorum Maximum mori contigisset, ut
omnis abesset inuidia, et res non humano, sed diuino
cōsilio agi uideretur, hic erat in demortui alterius sub-
rogandi, statutus modus. Infantem illo flagitio conce-
ptum ad locum sceleribus destinatū iussa mater haud
inuita deportabat, & ubi uulgo astante, sacerdotes
concederant, tam diu illum per comprimentes manus
in orbem tradibāt, donec miserrimus infans pernec-
tur, & cuius in manibus animam exhalasset, is Pon-
tifex Maximus diuino numine factus esse censebatur
Quo in loco admirari succurrit, quo procedat im-

pro.

Probitas cordis humani pudoris semel atq; honesti fides
 progressa. Tantam ne feritatem in mortales cedi-
 disse, ut quemadmodum in homines sœuirent, non mo-
 do peccati, sed etiam intellectus expertes, excogita-
 rent? Et si cæteros nullus humani generis amor tan-
 gebat, nulla humanitas à tanta sœuicia retardabat, nō
 saltem matres, uel feras multo iam mitiores imitan-
 tes, uisceribus suis perpercisse, quarum plerasq; non
 siccis tantum oculis, sed hilari etiam uultu, filiorum
 cruciatus, necesseq; spectasse constat. His ergo quæ nō
 dubio multorum sermone afferebantur, commotus
 AEGIDIUS, cupiensq; tanta infamia non modo
 Christianam religionem, sed genus etiam humanum
 vindicare, Neapolim cum exercitu proficisciatur, qua
 in regione potissimum ea pestis homines inuasisse nū-
 ciabantur. Sed et eo proficisciendi causis illa quoq; ac-
 cesserat, quod multi uiri principes eius regni in Ioan-
 nam Reginā palam conspirauerant, cōtra quos cum
 Regina à Pontifice auxiliū implorasset, datus est AE-
 GIDIUS negotiū, uti pacem inter ipsos faceret gra-
 tiāq; recōciliaret. Quo cū peruenisset, precibus ad-
 dendo minas facile principes in Reginæ sententiā tra-
 duxit, pacemq; firmauit. Tūc cōquisitis ubiq; Frati-
 cellis, sic enim sacerdotes illi nefarij uulgo appellabā-
 tur, eorūq; cōplicibus, factaq; de quibusdā questione

ac socijs proditis, magna turba comprehenditur ui-
rorum mulierumq; qui omnes ingenti rogo combu-
sti tanti facinoris pœnas dedere, & Presbyteros qui
parum flagitijs istorum obstitisse comperiebantur di-
gnitatibus ac sacerdotijs eis abrogatis, muneribus, si
quibus publicè fungebantur, sese cogebat abdicare.
His rebus gestis, AEGIDIVS cū in Flaminiam iter
conuertiſſet, obuios habuit legatos à Ioanne Olegio,
Bononie id temporis imperitante. Qui cum initio
huic urbi à Barnaboue fuisse præfectus, quæsita palli-
lo post cauſa, Vicecomitis imperata spernere coepit:
ac ciuitatem suo arbitratu, suoq; nomine non tam mo-
derabatur, quam diripiebat. Hic igitur bello à Barna-
boue agitatus, ad AEgidivm huiusmodi legatio-
nem mittit. Bononiam se cum magno ciuium consen-
ſu ipsius potestati permisurū, modo suis militibus su-
perioris temporis mercedem numeraret, quæ sum-
ma satis magna erat, seq; unicuiquam Piceni ciuitati
præficeret, quod se facere dicebat Barnabouis tyran-
nidem pertesum, & Bononiensis ciuitatis miseri-
cordia tactum, quæ multa indigna magnaq; detri-
menta auaricia, atque improbitate Barnabouis
se inuito perferret. Tum etiam adduci se religio-
ne, & studio quo Ecclestam prosequeretur, ad
quam iure Bononiam pertinere non ignoraret. Ali-
dita

dita legatione AEGIDI VS, ne quid uel cupide,
 uel iniuste fecisse uideretur, non putauit quidquam
 iniussu Pontificis sibi esse conandum. Nam & si sci-
 ret Bononiam esse iuris Ecclesiastici, tamen quo mi-
 nus repeteretur, obstabat foedus non pridem factum
 inter Clementem sextum, & Ioannem Archiepisco-
 pum, simul & Principem Mediolanensem. Cum
 enim superioreb^o diebus Bononia ab Ecclesia ad hūc
 Ioannem defecisset. Clemens sextus, qui tunc rerum
 potiebatur, misso in Italiā oratore, Florentinos
 et Mastinum Scalam in Mediolanensem concitauit.
 At mortuo Mastino, qui Vicecomitum Mediolanen-
 sium conatus nimium obstabat, Ioannes captata
 amicitia huius filij, qui patrem nomine tenus refere-
 bat, Canis Grandis appellatus, omnes Gibilinæ fa-
 cionis homines in Flaminia & Heturia cum eo ad
 suam amicitiam societatemq; traduxit. Ac misso
 Barnaboue ex fratre nepote Bononiam, qui cum
 magno præsidio oppidanos in officio contineret,
 recipiendæ urbis Pontifici spem multū ademit. Io-
 annes uero cum successu rerum Florētinos bello p-
 sequi perrexisset, ipsi adiunctis sibi Senensibus, &
 Aretinis Perusiniisq; Vicecomitum tamen eiusq; so-
 ciorum coactis opibus, & potentie minime pares

p externa

externa auxilia in Italiā cōuocabat. Quo cognito
Pontifex Maximus, qui eius belli ineundi author
extiterat, cum parum esset in rebus spei, atroxq;
bellum imminēre intelligeret, nisi malis serpentibus
occurretur, ut Italię quieti consuleret, Vicecomiti
Bononiam in duodecim annos ea. lege permittit, ut
ille annua tributa duodecim millia ducatorū Pontifi
ci penderent, sic facta est pax inter Florentinos, et
Vicecomites, & utriusq; partis socios. Hęc cum
AEGIDIUS animo repetisset, collaudato Ioan
ne Olegio, pro ea pietate, cuius se in Ecclesiam esse
profiteretur, nulla se respondit, mandata de rebus
Bononiensibus à Pontifice accepisse, eam tamen le
gationem se ad Pontificem primo quoq; tempore re
laturum, & quae imperasset, administraturum. His
responsis redeuntes legatos AEGIDIUS suo mo
re amplis muneribus prosecutus est. Protinusq; Pon
tificem literis, nuncioq; de Ioanne Olegij uolunta
te, & ciuitatis Bononiensis, simulq; de immanitate
& auaricia Barnabouis certiorem facit & quid fie
ri uelit, ut se doceat perquirit. Quod cum Pontifex
ad concilium retulisset, multum est sententijs in
ter patres discrepatum. Quidam enim seruare si
dem Vicecomitibus censebant, quibus Bononia in
duodecim annos permissa esset, nec longum esse pe
ractus

factis iam octo, quattuor expectare: post quod tem-
 pus sine cuiuspiam perfidiæ nota, & sine repugnan-
 tia ea ciuitas ad Ecclesiam eßet redditura. Cui senten-
 tie alij adiiciebant Vicecomitum potentia ad cōopi-
 bus, et clientelis increuisse, ut difficile uideretur, tra-
 ditum oppidum posse retineri, in quod recipiendū il-
 los, omnes suis, amicorumq; uires collatuos, non eſ-
 set dubitandum: his accedere, quod ærarium Eccle-
 sie adeo superioribus bellis exhaustum eſset, ut huic
 ducendo, quod diutinum fore uideretur, sufficietur
 non eſset. Sed potior apud Pontificem eorum fuit
 sententia, qui foēdus foēdī frago seruare non censue-
 runt. Porro Vicecomites præterquam quo d primo
 contrā ius fasq; alienam urbem rapuerint, post initia
 pacta, in quæ Pontifex magis necessitate, quam con-
 filio descendisset, pactum tributum pendere inter-
 misse, ac idcirco foēdus eum uiolāſe uideri, quæ
 cauſſe si minus subeſſent, tamen Barnabouis tyran-
 nidem non esse ferendam, qui ciuitatem Bononien-
 sem nullo æqui boniq; respectu quotidiane cōpilaret.
 Nam qui putarent oppidum non posse retineri, ti-
 midè eos id temporis Ecclesiasticas uires metiri, pa-
 rumq; AEGIDI ex exercitus Ecclesiastici Impe-
 ratoris iniucti uirtutes intelligere, deq; eo nimium
 ingratē sentire, quem, contra præpotentes hostes

tot ac tantis oppidis ab ipso nuper expugnatis, non
putarent Bononiam aduersus quancunq; potentia,
cum fuisse admissus tutaturum, Quod uero de nu-
morum indigentia iactarent, posse id malum mutua
ta pecunia, uel oppigneratis alijs oppidis, resarciri,
nihil enim oportere inexpertum relinqui, ut Bono-
nia Flaminiae opulentissima nobilissimaq; ciuitas re-
cipetur. Quæ recepta non modo ad imperij Eccle-
siastici uires, sed multo etiam magis ad opinionem
qua maximè possent cæteræ ciuitates contineri, es-
set, adiectura. Cum hæc itaq; sententia uicisset,
Pontifex ad AEGIDIUM scribit. Si Ioannes O-
legius Bononiam sibi tradere uoluerit, ne recusat,
cumq; eo, ut sibi ex usu rei Ecclesiastice uisum fue-
rit, paciscatur. Stipendijs uero militaribus, quæ Ioā-
nes Olegius paciferetur erogandis, & si quid Bar-
nabas mouisset, cōducendo nouo militi, quamuis op-
pida oppignerandi potestatem tribuit. Quibus lite-
ris allatis, AEGIDIUS ita pepigit cum Ioanne
Olegio, ut muicē suæ potestati permittendæ Bono-
niae militibus Ioannis Olegij stipendia ipse persol-
ueret, atq; illum Firmo præficerit. Omni ergo cura
ad conquirendam pecuniam conuersa, opportune
accidit, ut eo potissimum tempore triginta ducato-
rum millia AEGIDIO ex suis uectigalibus ab
Hispa-

Hispania portarentur. Quibus numis, & quod potuit, oppignerato instrumento congerere, Ecclesiæ mutuatis, cum stipendia militaria numerasset, exercitus Ecclesiasticus duce Gometio Albornocio in urbem admissus est. Hec cum essent Barnabou iuncta aegerrimo animo tulit, Missaq; legatione multa de iniuria in se ab AEGIDIO illata conquestus, urbem ure sibi debitam ex pactis à Clemente sexto cum Ioanne Archiepiscopo patruo suo reddi postulat. Quæ nisi impetrasset, iam tunc graue bellum indicere. Quibus AEGIDIUS respondit. Se uero nullam iniuriam in Barnabouem intulisse. Nam & se Ponificis imperata administrasse, & Pontificem suo iure imperare potuisse. Siquidem cum multa ipsius crudeliter atq; auare facta in ciuitatem Bononiensem commemorasset, quam ob rem imperium abrogandum ei uidetur, Perperam ait percussa fœdera Barnabouem allegare, quæ totiens ipse uiolasset, multifariam quidem, sed uel co maxime, quod pœna tributa aliquot annis pendere intermisisset. Quare si iure agere uellet, iudices eligerentur, iuris ac legum periti, qui si iudicassent, Barnabouem iniuriam accepisse Bononiam ei se absq; mora reddituru. Sin aliter, æquo animo contentus esset. Nec putaret licere sibi aliena retinere, Pontificem sua repetere ini

quam esse. Re igitur permissa honestorum uirorum,
illiusq; memoriae iuris peritissimorum arbitrio pro-
nunciatum est: Barnabouem iure ab imperio Bono-
niensi fuisse submotum. Ac tunc demum AE GIDI
VS Bononiam iniurere constituit quod ante hac fa-
cere, ad sue iustitiae opinionem non puta at interes-
se. Ne si nō expectato iudicio, oppidū fuisse ingre-
sus, adeo rebus Bononiensibus incumbere uidere-
tur, quasi iure uel iniuria imperium retinere statui-
set. Appropinquanti cū Senatu totus fermè Popu-
lus Bononiensis summo cum gaudio, summaq; gratia
latione obuiam procedit, à quibus adeò splēdidē ex-
ceptus est, ut nihil ad summam magnificentiam ca-
ciuitas reliqui fecerit, cū ad ædē Petronij deductus
est. Gollinū Gallutium, Iacobū Ramponem, Gerar-
dū Confortū, Albertum G. llutiū accinctos ensibus
solemni more à Galeoto Malatesta, equites auratos
esse iubet, ac demum magno cum populi plausu ad
Pontificias ædes deduci ur. Per gratiam fuit AE
GIDI officium sibi præstatum à Bononiensibus,
ex quorum ingenti gaudio & uultu tyrannorū im-
probitatem non fuit factu difficile agnoscere, de quo
rū administratione perquirens ita reperiebat nullā
ab his tyrannicam immanitatem fuisse prætermis-
sam. Nam præter ingentem pecuniam sepe impers-
tata

tam ciuitati, singulorum etiam multa bona publica
ta, insidiarum aut criminis causis excozitatis. Ad
haec ex nobilitate honestissimum quenque & eos
principue, quorum uirtutes tyrannicæ libidini ob-
stitutæ uidebantur, in exilium missos: & ne quid huic
ciuitati malorum abesset, ex contagione tyrannica
morum etiam noxam non paruam traxisse, nec enim
tantum lenonibus, scortis, latronibus, iuuentutis
corruptoribus refertam esse, sed etiam iniquis fœne-
ratoribus redundare. Tantorum ergo malorum ini-
quitate laboranti Bononiæ ut subueniret, non solù
minatus æqui honestiq; amor, & miseræ ciuitatis la-
chrymæ AEGIDIUM adduxerunt, sed illud ma-
gnoperè compulit, quod iam tunc collegium schola-
sticorum Hispanorum in ea urbe, ob florentissimum
omnium disciplinarum Gymnasium condere cogi-
tabat, quod esset sui nominis insigne monumentum,
occasioneq; arripiebat demerendi multis benefi-
cijs populum Bononiensem, ut si quando id colle-
gium quapiam difficultate affectum eius patroci-
nium implorasset, ipsius in se meritorum memores
ab omni iniuria tutarentur. Omnes igitur qui iniu-
ria proscripti, uel in exilium missi fuerant, iubet in
patria reuocari. Quorum fuſſe accepimus Tonio-
lum Paschalem, Nerium Pilatum, Porinellum Suzo-

linum. Berturellum Lapum. Guilielmum Pilatum.
Beltandum Guandonem. Ramponem Magar-
dum. Alexium Buellum. Scarabellum Donducium.
Iacobellum Lantpasium, nobiles omnes & de pa-
tria optime meritos. Bona præterea publicata do-
minis in integrum præcipit restitui. Fœnerato-
res, quicunque soluendo essent, rusticis etiam aut
urbanis prædijs distractis, exacta fœnera cogit ple-
ne restituere, constituta exilio poena, si quis in poste-
rum crimen repetisset. Sed quoniam inueterata iam
possessione aliena reddere pleriq; grauiſſime ferebat
quidem etiam in summam inopiam redigebantur,
ut utrisq; & creditoribus & debitoribus, quo ad
fieri posset satisfaceret, per summam liberalitatem
magnum numerum pecuniarum de suo largitus est.
Edicit tandem, ut scortatores, ganeones, siccarij et
cæteri id gen⁹ homines cuncti oppido euestigio cede-
rent. capit is poena constituta, si quis deinde reper-
tus esset, cuius honestæ uitæ ratio non constaret.

Ad hunc modū redditia sibi Bononia, receptaq;
AEGIDI beneficio pristina dignitate, magno
tamen bono carebat, non solum ad pulchritudinem
et ornamentum, sed etiam ad quotidianos usus ne-
cessario. nullo siquidem fluvio interlabente Bono-
niam, sed ne præter fluente quiden proprius passuū
tribus

tribus millibus, assiduo dispēdio longius ab urbe oppidanos exceedere ad conficiendum frumentum necesse erat. Res non modo grauis, sed bellum gerentibus minime tuta. Quo anim aduerso AE G ID LV S, ut Bononienses suo beneficio à tanto incommodo liberaret, utque urbs honestior simul, & munitior redderetur, partem Rheni, qui Bononiā à tertio lapide præterlabiur, magno labore magnisq; suis impensis per medium urbem deriuauit, qui fluvius in plurimos magnosq; usus ciuitatis cessit. nam molæ aquariorum frequentes intra moenia aedificatae, pistrinorum necessitatem, & longius exceedendi mutationis causa incommodum substulerunt. Machinae præterea constructæ sunt ad secundam mira celeritate materiam serra trusatili, que aque ui sursum deorsumq; agitata una multorum hominum operas adæquaret. Quo nec minus utile, & maiore etiam admiratione dignum est frequens Bononiae machinamentū ad polienda concinandaq; textui fila serica, quo machinamento aquæ impulsu circumacta supra quattuor milia fusorum interdum miro ordine, & incredibili artificio simul uersantur. Quin ad salutem loci plurimum contulisse flumen indubitate experimento didicerunt Bononienses. Nullis enim fontium riuis urbem discurrentibus, putealis

234 AEGID. ALBORNOT. VITA

tantum aque copia et usus erat, qua fluminalis tan-
to dulcior est, tantoque salubrior, ut huic comparata
putealis humano potui dampnetur a medicis. Nam
quod merces onerarijs cymbis Ferrariam usque se-
cundo flumine deportentur, reportenturque aduerso,
commune id et Bononie et Ferrariæ emolumenium
est. Quibus rebus occupatus AEGIDIUS
dum Bononie commoratur, Barnabo, apud quem
intraquit nus modo conatibus ipsius subscriberet,
sancta erant, iniquo animo ferens deiici se ab spera-
timendæ perpetuo opulentissime ciuitatis, sproto
arbitrorum iudicio, ad arma recurrit, et quam iure
non poterat, bello repetere constituit: sed quia AEGI-
DIO in ea commorante difficile admodum re-
putabat urbem expugnari, initio consilio An-
thoniu Bongarbum cum exercitu in Picenum mittit. Iussu
ciuitates Ecclesiasticas bello lassere, ut hoc irrita-
mento AEGIDIUS à Bononia eliceretur. Anchi-
nus celerius omni opinione in Picenum rapit agmē,
a nullo temperans maleficio, ac tria oppida Corial-
sum, Buscharetum, Montem nouum oppidum his haud
admodum repugnantibus prius sua ditionis fecit,
quam planè AEGIDIUS de aduentu eius enun-
ciari potuisset. Tantusque terror inopinato bello Pi-
centibus incussus est, ut urbis contenti, uix satis
ipsarum

ipsarum fiderent muris, quamobrem Epistolas ad
 AEGIDIUM dimittunt timoris & sollicitudinis
 plenas, multa etiam uero periculo adjacentes, quæ
 rumoribus metus affinxerat: quo nuncio AEGI-
 DIVS accepto, & si Barn. bouis consilii virum
 prudentissimum non lateret, tamen laborantibus ci-
 vitatibus subueniendum ratus, cum populum Bono-
 niensem aduocata contione ad fidem & officium
 longè oratione cohortatus esset, Gometium Albor-
 notium Bononiae firmo attributo praesidio, iubet præ-
 esse ipse cum reliquo exercitu in Picenum eo consi-
 lio proficiscitur ut si Barnabos, quod fore non dubi-
 tabat, Bononiensibus bellum intulisset, liberius cō-
 modiusq; posset suis atq; oppidanis auxilium sub-
 mittere. Magnis itaq; nocturnis diurnisq; itineribus
 ad ea oppida, quæ capta nunciabantur peruenit:
 cuius aduentu Anchinus perterritus uel quia sic fue-
 rat ipsi à Barnaboue imperatum, dum AEGIDI-
 VS in recipiendis oppidis, ne hostibus, quos bello
 persequi instituerat perfugium essent, est occupa-
 tus, comparata fuga silentio noctis ausfugit. AEGI-
 DIVS uero oppidis sine repugnantia receptis, in
 nonnullos oppidanorum animaduertit, quos deden-
 di oppida authores fuisse reperiebat. Interea Bar-
 nabos de abscessu AEGIDIU à Bononia certior

per

per exploratores factus, cum satis magno exercitu superioribus diebus comparato in agrum Bononiensem peruenit. qui cum Vicos aliquot et Castella sue ditionis fecisset, paucis post diebus motibus Gallorum euocatus Mediolanum reuertitur, permis sa huius belli summa Ioanni Bizaulo. is ad Rheniram locatis castris quotidie portis urbis infestus obequitabat, dum Ecclesiastici numero militum inferiores se urbe continebant. Quibus rebus nuntiatis AEgidius Galeottum Malatestam & Petrum Farnensem cum duobus equitum milibus, & quingentis peditibus laboranti ciuitati propere subsidio mittit, qui secunda uigilia in urbem hostibus ignorantibus accepti, tantum roboris oppidanis praesidioq; addiderunt, ut statim Gomecius de conferendis cum hoste cominus signis cogitauerit. Prius tamen non alienum ratus Bononiensium animos in fide oratione confirmare, et excitare ad pugnam: Contionem ipsis in posterum diem indicit, que cum frequens conuenisset, ipse pro suggestu, cum multa & magna beneficia AEgidii in ipsos commemoraasset, illudq; longè omnium maximū, quod Bononiensem ciuitatem à tyrannica et iniusti seruilitate vindicasset, tyrannorum crudelitatem & inexplicabilem auariciam, que mala non prident tanto

tanto cum suo dolore non semel experti essent, iubet
 ad memoriam reuocare, iniurias sibi illatas, accepta
 incommoda perpendere. Quæ mala cum multa, in
 dignaq; fuisse demonstrasset, multo tamen grauioræ
 impendere, ni uiri fuerint, docet. nam qui nulla la-
 cessiti iniuria, sed summa cum indulgentia in urbem
 accepti, sua sponte, ac suopte ingenio se tales præ-
 buissent in eos, qui imperium ipsis nullo iure debitū
 detulerant, quid ab his sperandum esse defectione ac
 rebellione exasperatis, denique multifariam irrita-
 tis: si urbem, qua exacti essent, ut & armis recepis-
 sent, an non eos hostili more urbem direpturos? &
 nobilitate è medio sublata plebem, si qua gladio su-
 perfuisset, in mancipurum formam redacturos? Por-
 rò uinci ut cunq; miserrimum esse, at non pugnare sed
 obsidione superari multo esse turpius. Nam strenue
 pugnare uirtutis esse, superare fortunæ. at fossa mu-
 risq; hostem distinere nisi longè paucioribus nō esse
 virile. Se uero superioribus diebus nō sine maximo
 suo dolore tulisse eam indignitatē, ut hostes p agros
 libere ac impunè populabundi uigarentur, ac urbi
 infesti adessent. ipse uero auxilia indies expectans,
 se intra muros contineret, quæ cum aduentassent,
 ac spem dedissent, satis superq; uirium esse ad præ-
 lio decernendum, statuisse se postero die acie dumica-
 re.

re. Prōinde se Bononienses pro sua salute, prōq; sua libertate ad pugnam compararent, ac postridie armati & instructi in forum accepto signo conuererent, qui si suam fidem ac uirtutē præstitissent, satis scire uictoriam in expedito esse de hostibus, qui non tam suae uirtuti confiderent, quam sperarent inter Bononienses discordiam fore, quos cū uiderint suae libertatis memores concordi acie pugnare paratos, insciissas spe animis defecturos. Qua oratione erexit Bononienses indignatione simul & spe accedente animos discedunt. Postridie omnes, qui arma ferre poterant, accepto signo in forum armati conueniunt, quorum parte ad urbis præsidium relicta, ceteri cum auxilijs Gometium sequuntur, qui cum eo deduxisset agmen, ubi Renus ponte maiore committitur, seq; in mutuum hostium dedisset conspectū, ad hunc modum aciem instruxit. Veteranos milites in fronte collocat. Ad utrumq; cornu equites consistere iubet. Lævum attribuit Blasco Fernando, ipse si bi dextrum assumit, et leuis armaturae milites in medio locat. Galeottus Malatesta, cuius potissimum consilio Gometius utebat, cum oppidanis subsistere iubetur, nec primo impetu inuidere, sed laborantibus subuenire, aut fessis succedere. Equatus partem iubet extra ordinem uagari, ut quid facerent

sacerdentem molirentur ut, hostes ab editioribus locis
specularentur, & si quid opus esset factio non tur-
bato ordine inexpedito essent. Sed nec hostes de-
trectauere pugnā, cuius dux erat ut supra memora-
vimus. Franciscus Estensis. Qui ueteranus ipse quo-
que in fronte pugnacissimū quemq; militem oppo-
suit. Gometio Vincentius Laudensis. Garsie Fernā-
do. Ludouicus Albenensis cum equitatu obiiciuntur.
Signo utrinq; dato magnis animis concurritur. In-
ciūm certaminis equitū fuit, Læuum cornu hostiū
tantisper Ecclesiasticorū impetum tulit, donec Vin-
centius Laudensis cū plerisq; alijs obtruncatur. De
inde ea parte acies inclinari cœpit. Gometius acce-
pto uulnere nō prius destitit à prælio, quam largius
manante sanguine, uribus destitui cœpisset. tunc
vero milites hortatus, ne uictoriā iam penē par-
tam ē manibus emitterent, pugna exceſſit. Iusso Pe-
tro Farnesio in suum locum succedere, cui & ipse
Protinus uulnus illatum est. Hæc cum essent paſsim
per aciem diuulgata, inclinata hostiū acies ſpiritu
recepisse uisa est, maioreq; animo præliū redinte-
gratur, Tū Fernandus, qui in læuo cornu strenue pie-
gnam ciebat, suos hortatus magno impetu in con-
fertissimos hostes irruit, & à sua parte repulit ille
quidem hostem, sed dum audius Ludouicum

Albenensem

240 AEGID. ALBORNOT. VITA

Albensem sequitur, telis obrutus occiditur. Tunc
Frāscus Estensis, fessis ac cedentibus suis integros
summittit contra quos Galeottus, haud amplius ex-
pectandum ratus, procedere iubet Bononienses.
Qui magnis animis irruentes hostes in fugam uer-
tunt. Et dux ipse Franciscus Estensis inter fugam,
cum in Ecclesiasticos, qui uiuas obfederant, incidis-
set uiuus capitur. Quo in prælio cecidere ex hosti-
bus septingenti. mille centum vulnerati sunt. capti-
vus noncūti quadraginta ex Ecclesiasticis circiter du-
centi desyderati. atque omnibus sepulturæ date,
ex quibus Fernandus Hispanus in æde Francisci
conditur. Galeottus inter paucos uulnus acce-
pit. In captiuos nihil est seuitum, quin imò cu-
mī libertas, primoribus et arma redditā sunt.
Huius belli præmium, cum Bononienses, equi diu
tyrannica seruitute pressi fuerant, libertatem esse
statuissent, tanta uictoriae partæ lētitia animis eo-
rum incesit, ut placuerit publico decreto diem,
quo hostem superassent posteritati celebrem fieri.
Statutumq; est, id quod etiam nunc perpetua cele-
britate usurpatur, ut. xij. Calendas Iulias magno pro-
posito præmio equorum perniciitate contendatur.

Inter hæc AE G ID IV S longis laboribus cu-
risq; fatigatus febre ardentissima implicatur. Que
cum

cum ægritudine animi ingrauesceret, tyrannos non
lætos modo fecit, sed plenos etiam spe posse recipi,
quæ industria & strenuitate illius amiserant: cœ-
ptumq; est à nonnullis nouis rebus studere. Hoc ubi
nunciatum est, AEGIDIVS uix dum morbo ex-
plicitus, nec plane uiribus receptis, consenso equo
in conspectum suorum uenit, quo nuncio tyranno-
rum motus facile supprimitur, & ipse paucis post
diebus uigori redditus pleraq; ciuitates obiuit, ut a
nimos sua præsentia atq; uerbis in fide confirmaret.
Per id tempus de Pontificis obitu nuncius affertur.
Simulq; multorum amicorum literæ redditæ sunt
AEgidium ad comitia pontificalia reuocan-
tium. Tanta enim erat AEgidii apud omnes
cūclarum uirtutum opinio, ut plerisq; omnibus ui-
sum fuerit haud dubitabile, eū, si Auenione adesset,
fore candidatorum maximè gratiosum. Quibus ip-
se in hunc maximè modum respōdit. Se uero illorum
benevolentiae ingentes gratias habere. Ceterum si
tunc temporis relicta Italia Auenionem ire perget,
pleraq; oppida scelere et inconstantia tyrannorum
magnorum magnum discrimin aditura. At qui non
esse tanti se pontificatu maximo, qui melius fortas-
se iustiusq; ad alium deferretur, augeri, ut quæ lon-
go tempore multoq; & labore & sanguine parta,

sua potissimum præsentia retinerentur, discendo
hostibus tradere uidetur, qui huiusmodi occasio-
nibus imminerent: darent modo ipsi operā, ut sum-
mo uiro & omnium maximè digno summa dignitas
deserretur. Se Eccl. siasticæ reipublicæ suum officiū
præstitū Delatus itaq; fuit pōtificatus Gulielmo
Chrysauro, qui mutato de more uocabulo Urbanus
est dictus, huius nominis Quintus, uir summa uir-
tutis & integritatis. Qui accepto imperio statim
ad AE G I D I V M literas mittit laudi & adhorta-
tionis plenas, ac multis uerbis suo & Ecclesiæ no-
mine gratias agens, iubet se expectare cupientem,
parantemq; Italiam, quod iam ipsius beneficio pon-
tificibus liceret inuiscere, & Romam sedem antiquā
repetere. Quo magis miror quosdam memoria tra-
didisse ab hoc Pontifice AE G I D I V M in Ita-
liam fuisse missum: sed & in quibusdam alijs pa-
rum his rationem illorum temporum fuisse explo-
ratam, indubitato testimonio depræhendimus.
quippe multis breuibus literis à Pontificibus ad
AE G I D I V M missis, quas ipsi perlegimus.
sed narratio redeat eo unde digressi sumus. In-
terea Barnabos Vicecomes acceptam nuper ad Bo-
noniam cladem ægerrimo ferens animo, & tante
urbis recipienda desiderio flagrantior effectus
bellum

bellum omni ope reparare nuntiatur. Quare AE-
 GIDIUS Francisci Estensis amicitiam, & quarum
 dam ciuitatum societatem occupare in rem fore sta-
 tuens Lupo de Luna auunculo hanc prouinciam de-
 legauit. Cuius industria operaq; effectum est, ut cum
 hoc principe uiro, et cum Patauinis, Veronensibus,
 Florentinis amicitia & societas iniretur. Sollicita-
 to Francisco Estensi eo preonio, ut in decennium No-
 nantulae & Bozano agri Bononiensis oppidis iure
 dominaretur. A quibus missis auxilijs, par hostium
 copijs exercitus comparatur, huic Lupus de Luna
 praeficitur. Qui, cum aduentare Barnabouē explo-
 ratores retulissent, in occursum ducit agmen, & ad
 oppidum, cui nomen est Salatolo, qua hostibus iter
 erat, castramentatur. Barnabos haud praelium detre-
 staturus castra castris opponit. Sed quia inter-
 fluente amne ne incursions quidem faciendi facul-
 tas erat, aliquantis per praelio abstinuerunt, utrique
 tamen in alteros irruendi occasionem expectantes:
 ut si forte hostes uado traijcere cœpissent, diuisos
 & impeditos adorirentur. Hac cunctatione paucis
 traiectis diebus, speculatores referunt, impedimen-
 ta castris hostium egressa longo agmine retrocede-
 re. Quod factum cum timentium hostium fugamq;
 parantium indicium, ab Ecclesiasticis interpreta-

tum esset, placet Lupo annem, quāta maxima posset celeritate, pone cōmitti. Quo sine periculo traeiectis copijs, cœpit hostes prælio laceſſere. Caſtra oppugnaturus si ſe intra continuifſet. Illi uero et ſitimentibus quod audierant Ecclesiasticum exercitum multum inualuiſſe, illud quoq; timorem adiecerat, quod tanta fiducia flumen traieciſſent, prælio tamen decernere cunctis consilijs anteponunt: quippe cum fuga non modo turpis, ſed instantibus hostibus plena periculi uideretur: ac ut caſtris contenti foſſa ualloq; obiectis bellum traherent, premissis impedimentis, ac commeatibus erēpta facultas eſſet. Eductis ergo copijs prælium committitur. Sed non diu Ecclesiasticorum impetum ferentes hostes in fugam uertuntur, quos ille inſecuti magnanſtragem edidere. Multos beneficio noctis interuenientis fuga subtraxit. Ex Ecclesiasticis pauci uulnerati ſunt: interfectus unus tantum, ſed qui pro malis fuit, Garsias Albornotius AE GIDI nepos ex fratre, uir manu forti, promptoq; animo, et qui multa ſuæ uirtutis iam antè præbuerat documenta, et tunc cum in confertiſſimos hostes irrueret, non ante ſpiritum emiſſit, quam multos ex his qui promptius reſiſtebant trucidasset. Tam præstanti animo comilitonem in flore iuuentæ ſublatum, non ſine ma-

gio

gno dolore tulit totus exercitus. Illo quoq; adijcien
 te molestiam, quod non ambigebatur patruo, qui ip
 sum, cum ob generis propinquitatē, tum ob eximias
 uirtutes loco filij amabat, grauiſſimum nuncium fu
 turum. Et profectō cōſtat AE G I D I V M nihil un
 quam grauius ea morte tulisse. Si quidem cum perē
 pto superiore praelio Blasco Fernando, quem sum
 moperē diligebat, maximam ac penē unicam poster
 itatis ſpem in hoc ſummae indolis adolescentे collo
 casset, non poterat nō ægro animo ferre, hac ſe quo
 que ſpe iniquitate fortunæ fuisse defraudatum et
 in hoc iectu fortunæ, illud quoq; uulnus recrudesce
 bat. Hæc ubi ſunt ad Pontificem delata, caſum ami
 ci miseratus, huiusmodi quoq; literis eum consolari
 officij duxit. Victum tuis auſpicijs, tuorumq; uir
 tute ac industria, fugatumq; magna accepta clade
 cum exercitu ſuo Barnabouem, non ſine magna uo
 luptate accepimus, et tuorum in Eccleſiam merito
 rum perpetuam ſericm non ingrato animo recolui
 mus. Verumenimvero illud nebis fuit permoleſtum,
 ac uictoriæ lœtitiam quod ammodo ſuppreſſit, quod
 ſimul intelleximus Garsiam Albornotii fortiſſimum
 adolescentem nepotem tam eo praelio concidiſſe.
 Cuius mortem te ægro animo ferre non miramur.
 Summa enim uirtus cum florente iuuentute extin

ea affectis animis merito miseranda uidetur: sed te
fortissimum sapientissimum que virum minimè de-
cet dolori succumbere, quo accepta damna glisce-
re solent, non resarciri. Adde quod in hoc casu
multa sunt, nec ea mediocria solacia, quæ merito
possint omnem molestiam abolere. Primum quod
pro Ecclesia, quæ nobis, id est, Christianis patria,
antiquior esse debet, fortissime dimicans, & ut au-
dio, egregie ultius occubuit. Deinde quod uictor
suo sanguine uictoriam suis peperisse uideri potest.
Qui ut unus omnium trucidatus est, ita omnium
maximè hostem propulisse constanti uoce nuncia-
tur. Postremò quod honestissimam uitam sum-
ma spei plenam, quam nulla deformi nota coinqui-
nauerat, pulcherrima morte, uelut firmissimo quo-
dam sigillo, conclusit, obsignauit que. Sunt enim
ut rerum, ita morum quoque uicissitudines, ac in-
terdum qui optimè uixerit, uno uicio totam obfu-
scat, de honestatq; uitam. Prorsus, ut qui ui-
tam cum laude clausere, ijsoli ualent sine futuri
suspitione laudari. Duobus prælijs fractum
Barnabouem facile ad pacem adduci posse Pon-
tifax ratus, Androinum iam Cardinalim factum ad
ipsum, tunc quoque bellum reparantem, lega-
tum

tum mittit , à quo paruo negotio persuasus est,
ut iure cederet, urbis Bononiæ, quod se habere
iactabat . Hac ab ipso excepta conditione, ut le-
gatione Bononiensi se AE G I D I V S abdica-
ret : scilicet ingratam rem huic se facturum arbit-
ratus, si quam ciuitatem impense amare , & mul-
tis beneficijs demeruisse constaret, ea se authore co-
geretur excedere: quod cum esset AE G I D I O ,
non sine præfatione, denunciatum, hoc adiecto, da-
ret id quoq; Ecclesiæ amat e ciuitatis grauatae de-
poneret administrationem: Sibi uero respondit, mi-
nimè id fore molestum , quod si aliqua sua merita in
eam ciuitatem extarent, hoc quoq; fieri cumulatio-
ra uelle, ut pro ipsius libertate , ac pace nihil ferret
egro animo: & ad Gometium Albornotium præ-
fatum Bononiæ conscribit, ut tradita successori urbe,
ad se quam primum ueniret. Quem proficisci par-
tem ciuitas nō immemor beneficiorum ab ipso acce-
ptorum communi consilio pulchro simul, & pre-
cioso munere prosecuta est: quod esset grati erga ip-
sum animi testimonium. Hæc corona fuit gemmis in-
orbem ambientibus frequens, imposta galeæ serico
intectæ. in cuius cono crista erat , à qua imaguncu-
la argentea prominebat similis angelo ; dextra gla-
diūm, sinistra aureum pomum tenenti: uelut testar-

luit testata Bononia libertatem, facultates, ac demū
preciosissima quæq; bona redditia sibi fuisse gladio,
ac uirtute Gomecij. Quo potissimum ministro AE-
GIDIUS res Bononienses pace belloq; admini-
strauerat. Tam gratum fuit Gometio Bononiësum
donum, ut eius imagine insignia sua perpetuo deco-
rari gloriosum duxerit qualia modo uisuntur Bono-
niæ in ædibus collegij Hispanorum auspicijs AE GI-
DIUS conditi, in lapide incisa supra ualvas, que in-
troeuntibus secundo loco obiiciuntur. Interea AE-
GIDIUS, qui Italæ prospiciendi omnifarias oc-
casiones captabat, quod à curis bellicis dabatur o-
cij, id omne in conseruandam, augendamq; pacem
conferebat. Itaq; ut ciuitates, quas à tyrannis iniuria
afferuerat, bonis etiam legibus, ac moribus forma-
ret, sumpta à Pontificibus authoritate, neque enim
paucorum dierum id opus fuit, leges condidit, que
costitutiones Aegidianæ appellantur, tanta sapien-
tia, ut cum magno populorum consensu receptæ,
parem Pontificijs, & Canonicis institutis uim &
authoritatem usq; in hodiernum diem obtinuerint.

His rebus gestis finis iam bello Italico impositus
eſe uideri poterat, cum à tyranis nihil moueretur.
Ecce nuntius affert latronum exercitum, quem
Ambrosius quidam Vicecomes ductabat, Flaminia,

et fi-

& finitima loca populari, deprædariq; à quibus Ecclæsiasticis oppidis non mediocrè periculum atque damnū immineret. His malis ut occurreret AE GIDIUS magnis itineribus ea uersus loca contendit, que latrocinijs infestabantur: & se cum Gometio, quem obuium habuit coniunxit. Hoc ubi Ambrosio allatum est, à finibus Ecclesiasticis agmen abduxit. Qui nuncius non tam gratus AE GIDIUS fuit, quā ille molestus alterum exercitum longè maiorem, qui sub Florentinis metuerat pari furore prædabūdum circa agrum Camerinatem debacchari. Britanni erant isti, & Pannonij, mixta perditorum hominum Italorum turba. Quibus uel per se satis potentibus, Ambrosium, quem scilicet suarum uirium poenibat, uelle suam legionem aggregare, rumor afferebat. Huic pesti omni ope occurrere AE GIDIUS antè omnia statuit. Quippe nō erat dubitabile, eos pro sanis nihil esse facturos: et à nullo maleficio, modo uires suppeterent, esse temperaturos. In rem itaque fore ratus, ad hos legatos mittit, qui magnis pollicitationibus ac iusta mercede conducendos curarent: sed frustra auidos præde animos ad sanitatem reuocare tentauit, qui obvia quæque populati, per Camerinatem agrum Fulginatemq;, superatis montibus, fines Montis Regalis pertinuerunt. Hic lega-

ti iterum ab AE G ID I O missi, qui nihil uoluit intentatum relinquere, agmen consecuti, et si maioribus præmijs maioribusq; pollicitationibus negotium tentassent, re tamen infecta redierunt. At illi ad Aquilam, oppido id nomen est, castra posuere, & ingemi abacta præda cœperunt frustra oppidum impugnare. Nam præsidium paucis ante diebus ab AE G ID I O missum tam proprie cum oppidanis resistit, ut non mediocre damnum fecerit ab hostibus acceptum. Tūc AE G I D I V S, qui omnia prius experiri, quam armis rem gerere constituerat, cum intellexisset magnam gratiam Gometio cum plerisque Britannorum intercedere, in eadem militia superioribus annis conciliatam, ipsi imperat eos debeat, coneturq; omni ratione adducere in partes Ecclesiæ ac Ioanne Neapolitanorum Reginæ quæ suo rum inconstantiam uerita, firmo præsidio regnum tutari statuerat ad continēdos in officio principes, quorum conatus paulo antè repressos fuisse ab AE G ID I O commemorauimus. Ille uero cum in castra peruenisset, amicos agnoscit, omnes ferè, qui ordines ducebant, uicissimq; agnoscitur ab ipsis: ac post multa dicta factaq; ut solet, amicè, priuatim singulis quorum summan esse inter ipsos authoritatem intellexerat, quid uenisset, exposuit, suasit, pre-
catus

catus est, quos demum cum persuasos intelligit, cōciliū poscit. Quod cum frequens connuenisset, que priuatum singulis dixerat publicē uniuersis elocutus facile in sententia animos eorum confirmavit. Ad summam pax & societas his conditionibus conuenit. Ut AEGIDIO Regineq; sex menses hæ copiæ auxilio essent, atq; imperata facerent, ac ciperentq; pro mercede ducatorum centū quinqua ginta millia duabus solutionibus. Quod ubi AEGIDIUS resciuit Gometio imperat. uti primo quoq; tempore agmen illud cæteris copijs coniungeret, et ad urbem ueterem promoueret, & Anichinum Ambrosumq;, qui paribus copijs coniunctis eum træculū latrocinijs infestabant, et nonnullis oppidis op pugnatis, quosdam tyrannos patria exules se secutos spe uana erigebant, bello persequeretur. Ille nihil moratus ad ea loca perduxit agmen, ubi statua hostes habebant: iubetq; protinus suos hostilia castra obequitare, eo consilio, ut nisi possent hostes ad pugnam elicere, castra oppugnare adoriretur. Tunc uero Anichinus suas vires æqua aestimatione metitus, nihilq; temerè agendum ratus, communi cōsilio legationem de pace mittit. Quæ his conditionibus data est. Ut oppida Ecclesiastica, quæ occuparat statim AEGIDIO redderet: ut
que

que se copiasq; suas iureiurando obstringeret, ne intra triennium auxilium hostibus, aut Pontificis aut Neapolitanorum Regine præstarent. neue horum clientibus quoquo modo iniuriam inferrent. Tunc uero iusta mercede his ipsis auxilio futuri Gometii ducem sequerentur. Inuicem ipsis, qui summa inopia laborabant, ne deprædari cogerentur, pecuniarum certa summa pacta est. Sed hac paucis post diebus numerata, Britannorum ac Pannoniorū animos suspicio incessit, ne hæc solutio suam, cuius tempus instabat moraretur, itaq; non expectato die, amicitiae fidei q; oblixi temerarium simul & scelestū consilium inire cœperunt, ut Gomecum in custodiam coniicerent, tandemq; coërcerent, donec pactum stipendum sibi numeraretur. Quod ubi est Gometio enunciaiū, per quendam e Britanniis arcta & ueteri amicitia ipsi coniunctum multis ipsorum dictis factisq; nuntio consentientibus, indubitate initi constituta signa conspicatus, per speciem commeatibus, qui parce suppeditabant, prospiciendi in Urbem ueterent se se recepit, ut præsentem barbarorum feritatem uitaret: quem sui admoniti cōsilij subsecuti sunt. Hoc cognito Barbari se deceptos arbitrati tanto furore correpti sunt, ut cœperint nō modo undiq; prædas agere, sed agrum Urbeuetanum et finitimaloca ignit.

ni ferroq; uastare. Tantam immanitatem non ferens
Gometius coactis undiq; auxilijs ipsis quoque Ani-
chino Ambrosioq; acciis, partem barbaris exerci-
tum comparauit, atque eos persecuti contendit: qui
accepto nuntio in agrum Perusinum diuerterant,
ibiq; castra munierant. Quo cum uentum est, Eccle-
siastici castris ad equitando hostes ad pugnam pro-
uocabant. illi cum diu cūstantes, quod numero iam
non modo causa Ecclesiasticos superiores effectos
cognouerat, se intra castra continuissent, cœptum-
que esset fame laborare, silentio noctis castris cla-
buntur. Hoc ubi est Gomecio ab exploratoribus re-
nunciatum, ipse cum equitatu prægressus, ut fugien-
tes moraretur, cæterum agmē summa celeritate sub-
sequi iubet, nec longe progressos assecuti à nouissi-
mo agmine lacessunt. Illi uero multis suorum amis-
sis, continentis fuga in quoddam agri Perusini castel-
lum se recipiunt: Frumento cæterisq; commeatibus
adeo uacuum, ut obesi uix biduo potuerint famem
tolerare. Tandem rebus desperatis permiserunt se
Gometio. Qui sumpto capitali suppicio de his qui
caput, authoresq; tantorum malorum extiterant,
ut essent latrocinijs ac perfidiæ non inultæ documē-
tum, cæteros accepta fide, se primo quoq; tempore
finibus Italicis sine iniuria excessuros, impunè ab i-

re per-

ire permittit. His ita debellatis nihil superesse ui-
debat, quod posset ocium pacemq; sociorum &
clientum Ecclesiæ sollicitare, præter Perusinos qui
quorundam ex primoribus impulsu rebus nouis stu-
debant. Iamque Assissium ditionis suæ fecerant. Ho-
rum igitur ut motus inhiberet AE G I D I V S pre-
fecto Blasco nepote, qui Piceni & Flaminiae curam
gereret, in Umbriam proficiscitur. Et ubi Assissium
peruenit, Perusinorum electo præsidio ciuitatē suæ
reddidit libertati. In qua æde Francisci restaurata
facellum intus iussit edificari, et in eo monumentum
quo mortuus conderetur, extrui. Tantisq; beneficijs
monachorum collegiū prosecutus est, ut se ipsi san-
ctissimo statuto constrinxerint, singulis mensibus
quarta & uicesima quaq; die eius animæ iusta se in
perpetuum celebraturos quod officiū pari de causa
Bononiæ anniversario sacro præstant eidem in æde
Ioannis in monte. XXV. Augusti religiosi Mona-
chi, qui Augustini regulam profuerunt. Sed dum Af-
fissij AE G I D I V S commoratur, cupidō incessisse
animum fertur corporis sanctissimi Francisci uisen-
di: quod cum uenerabundus cōspexisset, et impressa
CHRISTI uulnera notasset: exclamasse dicitur.
Vel solum Franciscum ad confirmandam **CHR**
STI religionem satis fuisse. Post hæc Perusium per-
uenit,

uenit acceptusq; in urbē cum authores malorū par-
tim capitali supplicio multasset, partim in exiliū
misisset, cæteris collaudatis ac liberali oratione con-
firmatis, Viterbium peruenit. Tunc uero cum uni-
uersam Italiam sua opera pacatam considerasset,
nullumq; nec à tyrannis nec à latronibus periculum
imminere, intelligeret, Gometium ad Pontificem cū
quattuor nauibus proficisci iubet. Et quo in statio
Italia esset nunciare, omnia tranquilla pace frui.
Si uellet Romam, quod ante significauerat, inuiser-
re, tuto secl. q; iam inde licere. Gratissimum sibi
fuisse nuncium aduentumq; Gometij Pontifex non
uerbis tantum, quibus AE GIDII uirtuti ac indu-
striae gratias egit, sed multis etiam beneficijs decla-
ravit. Siquidem inter cætera ipsi Gometio Esculi,
quod oppidum est in Piceno, ius & uectigalia in de-
cennium tribuit. Fratres AE GIDII literis &
nuncio ab Hispania iubet accersiri, non alijs profes-
sus uelle se præfēcis administratoribus, quam bis I-
taliam tueri ac gubernare: statimq; discessu com-
parato, in Italiam proficiscitur. Cum ad Viterbium
uenuum est, ubi AE GIDI V S eius aduentum ex-
pectabat, paulisper hic commoratus quindecim an-
norum administrationis & uectigalium rationem
Quorundā inuidia et impulsu reposcēti Pōtisci clā-

ues urbium arciumq; à se receptarum uix capiente
curru AE G I D I V S pro ratione obtulisse fertur.
Cui Pontifex admiratus eius magnitudinem ac con-
stantiam, Et hercle, inquit, AE G I D I I tam amis-
sam rem Ecclesiasticam haud magno impendio no-
bis receptam esse fatemur, & tuæ parcitati gratias
habemus. Paucis post diebus AE G I D I V S ad ur-
bem Romanam Pontificem comitatus longi muneris
uacatione impetrata, Viterbum redijt: ubi morta-
litatis memor, ac uelut instatēm mortem animo pre-
sagiens posteritatiq; consulens, testari sentum rariissi-
mi exempli sanctissimè ac religiosissimè condidit.
& conuocatis amicis, collegij in urbe Bononia Hi-
spanis condendi, de quo mox separatim dicemus,
principuam curam delegauit, & tribus mensibus
quām Viterbum redierat exactis uitam cum morte
commutauit. Anno gratiæ Millesimo Trecentesimo
Sexagesimo septimo. Tanti uiri morte Pontifex tam
acerbe tulit, ut accepto nuncio continuū biduum ni-
hil aliud, quam mœrori indulserit, nec sui conue-
niendi copiam cuiquam fecerit: corpus eius, ut ipse
iusserrat, Assisium elatum, & in æde Francisci depo-
situm est. Inde Toletum ubi modo ossa eius iacent,
paruulo admodum impendio humeris deportatus
est. Nam Summus Pontifex hoc tribuit eius meritis,
quicunq;

ut quicunq; leelicam quantulocunq; spatio suppor-
taret, peccatorum remissionem perinde cōsequere-
tur, ac si Anno Iubilei Apostolorum Petri & Pauli
ædem inuisisset: quod officium AEGIDIO cum
locupletissimo ipsius meritorum testimonio ab Her-
rico Rege, qui Petro fratri à se imperfecto succeſſe-
rat, suisq; purpuratis præstitum accepimus.

FINIS LIBRI TERTII ET VLTI-
mi gestorum AEGIDIij.

Albornoiij.

B

Se
cc
iu
qu
te
ti
su
m
te
ra
pa
na

BREVIS COLLEGII

DESCRIPTIO, ET Q VORVN-

dam quæ ad ipsum pertinent com-

memoratio.



ED, ut pollicitus in calce hi-
storie gestorum AEGIDIIDII
dicere separatim de Bononiensi
Hispanorum Collegio, promis-
sum exoluā, pauca hoc in loco
de eo uerba mihi facienda sunt.

Si prius de nobili, & memorabili eius testamēto, quo
constat, Collegium condit ab AEEGIDO fuisse
iussum, nonnihil attigero. Resignato Testamento
quod conditum est, anno gratiæ Millesimo trecen-
tesimo sexagesimo quarto, multa que eius sanctitatis,
religionis, ac summa iustitiae documēto esse pos-
sunt, reperta sunt. Ex quibus quæ memoratu dignissi-
ma sunt uisa, & monumentis prodenda, silentio præ-
terire non putau ex officio fore: cætera qui deside-
rabunt, petant licet ab eodem Testamento, quod iam
pridem editum, impressumq; circumfertur. Princi-
pio iubet sibi quinquaginta missarum millibus pri-
mo quoque tempore parentari. Centum uirginibus

maritandis Toletanae & Conchensis dioecesis trece
nos Marapetinos distribui. Qui nummus, ut accepi-
mus, id temporis in Castella tanti erat, quanti nunc
regalis nummus, aut in Italia Marcellus. Redimen-
dis captiuis Christianis è dominatu Mahumetæ orū
triginta eorundem nummorum millia legauit. Porro
cum sex sacerdotia, quas Capellanas appellant, in
Ecclesia Toletana statuisset, duabus dotandis, quas
indotatas relinquebat, huic Ecclesiae triginta mil-
lia. Præterea Conchensi pleraq; possessiones, præ-
dia suburbana, pascuaq; instituendis in eo templo
duabus capellanijs in facello, ubi parentes ipsius ia-
cent. Cui facello calicem argenteū auratum, ac pre-
ciosa & decora sacerdotalia uestimenta legauit. Ad
hæc multa eidē Ecclesiæ preciosa, ac in primis plu-
uiale suum margaritis distinctum. Item monasterio
Francisci in Assissio tres tapetes magni precij, ac æ-
dificationi eius ædis mille florenos. Item Ancone
in Ecclesia cathedralitia, statuit unum facellum di-
candum Clementi martyri. In eadē urbe, in æde Mag-
dalena duas capellanas: ibidem Monachis prædi-
catoribus ad ædificandum centum florenos legauit.
Heremitis totidem: Monachis, quos minores dicunt,
ducentos item ad ædificandum. Iam domesticos sin-
gulos quanta, pro cuiusque conditione, liberalitate
prosecutus

prosecutus fuerit. longum est enarrare. Hoc quoque
 magnificum, quod à suo obitu nouem cōtinuos dies
 iubet, quicunque iustis soluendis interfuerint ipsius
 sumptibus ali. Et duo millia pauperum panno ipso-
 rum ordini conueniente uestiri, sed de his hactenus.
 Nam ingentia legata, quæ propinquis ac consanguineis,
 præsertim Gometio Albornotio nepoti reliquit,
 referre non est opera. Venio ad Collegium quod
 ex residuo bonorum suorum magnifice condī iubet
 Bononiæ, ob florentissimum omnium disciplinarum
 Gymnasium, & suum uniuersalē hæredē instituit.
 Et moriens inuictissimo Hispaniarum Regi, & Car-
 dinalium Hispanorum Romæ degentium antiquissi-
 mo cuiq; commendauit: à quibus suscepto patroci-
 nio, ut solet esse religiosum huiusmodi officium à de-
 functis iniunctum negligere, in magnis sæpe necessi-
 tatisibus ipsorum autoritate seruatū est, sæpe etiam
 beneficio auctum. Aedes autem ædificandi, & pre-
 dia emendi negotium datū est Fernando Aluato Ab-
 bati Valladoliti, & Alphonso Fernādo cubiculario.
 A quibus in ea parte urbis conditæ sunt, quæ meri-
 diei ac occidentis medium spectat, non longè à por-
 ta, quam AEGIDIUS mutato uocabulo Cæsar-
 augustæ à nomine amatæ urbis appellauit, cum pri-
 us Villianæ dicceretur & eam uiam, quæ à collegio

pertinet ad hanc portā, quadrato lapide strauerat: qui post inde trāslatus est ad Reni urbē interfluen-
tis alueum muniendū Consulto Senatus Bononien-
sis, qui pro eo lapide lateribus coctis eam uiam stra-
uit, professus ut accepimus, publica fide eandem per
petuo sternendo reficere. Sed in his ædibus ædifican-
dis qui negotiū susceperant, non tam decoris, quām
firmitatis uidentur habuisse rationem. Constant e-
nīm parietes omnes coctis lateribus, qui ut in alti-
tudinem haud admodum sublimes exsurgunt, sic in
latitudinem patent latissimè. Opus est ubiq; concar-
meratum, ubiq; itidem latericiū, ea demum firmiter
dine stabilitum, que citra refartionem uideatur im-
mortalitatem polliceri. Forma ædium si ad insulam
species, quā cum biuis hortis, & domibus, quas col-
legium sibi contiguas possidet, efficiunt, in orbem po-
tissimum excurrere dicas, nisi quod paucis angulis
interpellatur, si ad ipsum uelut corpus collegij scho-
lasticorum usui accommodatum, quadrata figura est.
In huius medio cauædium patet raris consitum ar-
boribus lauris, buxis, & iessiminis uulgo dictis. Hoc
breuiuscule pariete omni ex parte insrà supraq; pe-
ristylio committitur. Sacellum quod Clementi dicá-
tum est, cæteris ædibus altius exsurgit, quod à Sepiē
trione

trione commodè pro ipsarum ratione ædificatum, ingredientibus domum obicitur è regione. In huius eminentiore turricula horologium nuper est fabricatum, quod per singulas horas ex tintinabulo, & gnomone labentis temporis scholasticos non modo, sed uiciniam quoq; latiusculè admonet. Triclinium contra facellum in parte superiore ante sexdecim annos in usu erat discumbendi, meridiè spectans, à quo per tres fenestras quamdiu uirent agri in Apenninum montem amoenissimus prospectus est: qui consitus omnis generis arboribus se molliter ab ipsa protinus urbe incipit attollere. Sed ut incommode dum per longiusculos anfractus à coquina, quæ ab Oriente iacet parte inferiore, in hoc coenaculum, in quod per uiginti sex gradus concendiatur, cibaria effrēndi tolleretur, hoc in alios cessit usus, & alterum anno gratiæ Millesimo ducentesimo sexto, ab eadem parte, sed paululum in dextram ingredientibus subductum, eadem serè forma, & iusta magnitudine loco inferiore ædificatum est. Quod lumen à meridie duabus fenestrīs admittit: ab Oriente focum habet, qui assiduo igne tota hyeme triclinium ingenio regionis humens, frigensque temperat. Reliquum

dispositis mēsis undiq; ambitur, nisi qua cælla prom-
ptuaria nuper facta recedit. Sub hoc triclinium supe-
rioribus diebus aptissima simul et pulcherrima Cæl-
la uinaria subterraneo loco, sed latericia testudine
intecta multis operis, magnoq; impendio cōstructa
est: ducta cloaca, per viam Cæsar Augustæ, qua exsu-
dans aqua, quæ hactenus optatum opus morabatur,
effunditur, sordesq; doliorū egeruntur. Cubicula om-
nia infrā supraq; concamerata angustioribus, sed la-
tericijs parietibus distinguntur. Quæ Theologis as-
cripta sunt, Orientem spectant uno excepto, quod
uerit ad Septentrionem: Medicorum Occidentem:
qui uero Pontificio, ciuiliq; Iuri student, ut sunt nu-
mero longè plures, sic cubicula infrā & suprà in om-
nem partem dispersa tenent, eademq; uulgo ratione
librorum capaciora. Communis bibliotheca, quæ ab
Oriente facellum parte superiore contingit, reserta
est libris non tam pulchris, quam emendatis. Sunt e-
nīm uetusissimi magna ex parte, & manuscripti, et
quorum nonnullis ipsum A E G I D I V M dum
in humanis ageret, usum fuisse cōstat. Extra id quod
Collegij uelut corpus appellauimus, horreum est ca-
pacissimum, quo frumentum, & cæteræ fruges con-
duntur. Huic par Cælla altera uinaria subdita est.
Tum lignorum repositoriū iuxtaq; equorum sta-
bulum

bulum. Deinde penè sacellum ambientibus occurrit aptissimum Spheristerium : quo in studiorum inducijs, licet feriatis sodalibus tuendæ ualestudinis gratia exerceri, ut honesto ludo corpore exercito, & animis relaxatis integriores, uegetioresq; ad studia redeant. Ab hoc horti alteri proximè excurrunt, depositis arboribus consitū uitib; q; ita ambientibus, ut amœna dum uirent arbores, efficiant deambulatoria. Sed omnes hæ arbores nouellæ sunt, & locus ipse ædibus Hispaniensibus adiunctus ante quatuor annos, area publica erat inutilis alioquin, et parum decora. Hæc itaque à Senatu Bononiensi impetrata domui nostræ accessio facta, ducto pulcherrimo muro, qui distinguenter pinnis uiam publicam honestat: quæ ut pulchrior aspectu redderetur, aliorum hortorum, qui à meridie atrio pariete medio committuntur particula pacto nobis adempta est. Hæc igitur forma est, hæ ferè partes ædium, quas hoc in loco è nobis quālibet crassa Minerua describi, haud ita uideatur importunum, si quis doctissimos, & eos summa grauitate uiros meminerit, non dico urbana palatia, sed rustica prædia, uillasq; suas, affectatè descriptisse, idq; memoria prodere tanti putasse.

Constat autem conditum fuisse Collegium, circiter annum à redempto orbe, Millesimo trecentesimo

sexagesimo quinto, quod uix dici potest, quanto semper usui, quantoq; ornamento nostris hominibus fuerit. Ex hoc enim utri, quos enumerare longum esset, sapientia clari nulla non memoria prouenere, qui tū singulas ciuitates, tum uniuersam Hispaniam doctrina et consilio summopere iuarent. Et uiuunt hodie haud ita pauci, ne quis putet effectam huius Collegij feracitate cōsenuisse, qui partim docendo, partim monumentis literarum, alijs maximarum rerum administratione secula nostra exornant. Quorum sunt Antonius Nebris̄sis, qui expugnata suo Marte Barbarie, quæ ab Hispania Latini sermonis exterminato nitorc, regnum longè lateq; obtinebat, nunc Regum Hispanie historiam fœlici, & antiquitatem prouocaturo stilo mandat monumentis. Et Fortunius Garsias Cantaber utriusque Iuris peritissimus. Regius nunc, ut audio consiliarius, & qui in Regno Nauar rae magistratu fungitur, qui Regens appellatur: de cuius doctrina & uirtutibus quid sentirem iam pri dem quadam epistola ad Iacobum Arrheagam sodalem meum, uirum quoque utriusque Iuris doctissimum testatus sum: quæ (ut video) editam vulgus est, cum illis Commentarijs quæ ipse in l. Gallus. de li- & posth. ff. composuit. Ad hæc Antonius de Burgis Salmanticensis, cui doctorum consensus primas in iu re Pon-

re Pontificij cognitione defert. Cuius discessum mirum est, quām a grē tulerit Academia Bononiensis, ubi honestissima conditione Ius Pontificium publicē docebat, cum est à Leone decimo Pōtifice Maximo huiusmodi opinionis fama commoto Romam acer situs, ut eius doctrina, ac iudicio in maximis rebus ueteretur. Dignissimos quoque qui inter præcipuos numeretur Ioannes Montesdoca Hispanensis : qui ut taceam, quām in Theologia ad Scoticam subtilitatem, quam potissimum emulatur, proximè accedit, cum huius memoriae philosophorum principibus æquo Marte certat de primo loco : quiq; nunc in celeberrimo Gymnasio Patauino Philosophorum facile princeps annuo sexcentorum ducatorum salario naturalem doctrinam docet. Noster quoque est uir Theologica doctrina clarus Martinus Garsias, Episcopus Barchinonensis : qui (ut rci summam complectar) nulla maiorum suorum claritate adiutus, ex fortuna perquām mediocri ad magnos processit honores, & ingenti ac multiplice uirtute coniuncta pari sapientiae, id est assequitus, ut Episcopali dignitati, quam suis sibi meritis, peperebat, non minus decori esse putaretur, quām ab eadem ipse honestaretur : que multorum qui ui- rum familiarius cognoverunt, constanti nobis ser-

mone

mone relata, spem dederunt, posse hunc mihi fama
tantum notum inter uiuentes sine inuidia nominari.
Nam de quibus ante hunc mentionem feci, eos ut no-
minatim referrem, due me causæ potissimum impu-
lere, altera quod alij uiri eruditissimi, & memorâ-
tu dignissimi, quanti sint, audiui tatum, hos diuersis
quidem & locis, & temporibus præsens tamen co-
lui, & ijs partim præceptoribus sum usus. Altera
quod ijdem tum docendo in celeberrimis Gymna-
sijs magno publicè proposito præmio, tū editis suis
operibus singularem suam doctrinam cunctis homi-
nibus notam fecerunt, ut timor non sit, ne dum ho-
rum excellentem doctrinam commemoramus, no-
stris indulgenter fauisse videamur. Sed cum cæ-
teros, qui ante hac memoriam floruerent ex industria
taceam, ne tot uirtutes & præclarā sapientiam tan-
ta breuitate, tamq; iniquis spatijs coercendo in plu-
rimos, eosdemq; summos uiros iniuriam uidear in-
tulisse, unum sine flagio præterire non posse uideor:
qui non doctrina tantum, & sanctitate uiuens ex-
celluit, sed mortuus etiam magnis multisq; miracu-
lis claruit. Petrus Arbueus hic est, qui uulgo Magi-
ster Epillæ usurpatur, quia fuit sacræ doctrinæ Magi-
ster, & Epillæ, castello id nomen est in agro Cæsar-
augustano, natus: qui cum ob sapientiæ opinionem,

& p^o

& parem morum sanctitatem in ea ciuitate iudex,
uindexq; hæreticæ prauitatis factus esset: tam con-
stanter, tam seuerè, tam deniq; religiose crimen hoc
scrutabatur, & uindicabat, ut summam in se hære-
ticorum inuidiam concitauerit. Eumq; ipsis timo-
rem iniecerit, ut illi satis sibi persuasissent, hoc ui-
uente, nihil sibi esse de sua salute sperandum. Itaque
desperatis rebus, insidias ei magnis studijs tende-
bant. Quod cum esset eidem renunciatum ab ami-
cis, ut parcus ageret admonentibus, respondisse fer-
tur: Nihil se, quid ab hominib. sibi posset accidere
solicitum esse, modo Deo immortali & Christianæ
religioni suum officium præstaret. Ita cum aliquan-
do in tempesta nocte temp:ū c̄set ingressus nocturni
sacris interfuturus, quo officio sine intermissu
Canonicus fugebatur, duo armati ab hæreticis sum-
missi hominem genibus flexis Deo more suo suppli-
cantem adorti, trucidant. Qui, cum in Regno Arra-
gonie nullum effugij locum sibi fore satis tutum in-
telligentes, in Galliam transfugere statuissent, fini-
bus tamen Arragonie, quo sepius fugientes perue-
runt, omni studio conantibus excedere nō fuit ulla
ratione, diuinitus semper, ut ferunt, in ipso regno-
rum confinio torpentibus, & in uestigio hærenti-
bus: quod ipsis paulopost comprehensi cum crimine
fassi

fassí sunt, quum ad supplicium traherentur. Multos
 dies sanguinem interficti feruisse, et pluriños eius
 aspersu cōclamatis morbis fuisse explicitos, constan-
 ti uoce fertur. Ergo cum hominum opinio in diuos
 ipsum referre non dubitasset, tumulus ei ex pario
 marmore in honoratissimo templi loco, Senatus Po-
 puliq; consensu positus est: qui lampadum perpetuo
 igne illustratur, et magna populi pietate colitur. Ad
 quod multi plerumq; uenerabundi accedentes, fusis
 precibus, hoc intercessore honesta sua optata à Deo
 impetrasse crediti sunt. Ne singula persequar eius mi-
 racula, quae plurima Cesar Augstana ciuitas testis
 locupletissima prædicare solet. Et profectò si gra-
 tissimus nec inuidè merita libeat interpretari, quod
 tot collegia splendide ac magnifice in Hispania condi-
 ta fuerint, in quibus studiosis scholasticis omnia ad
 præclaram sapientiam gratis, & abundè suppedita-
 tur. AE G I D II Albornocij beneficium uideri pos-
 sit, qui primus hoc collegiū in florentissimo Gymna-
 sio condidit, cuius exemplo cætera in Hispania con-
 dita fuisse non potest dubitari. Certè Ioannem Lup-
 pum de Mitina, uirum summum & numquam satis
 laudatum qui in Ecclesia Saguntina Archidiaconus
 fuit de Almizan, hoc spectato collegio, cum legatus
 à Rege Hispanie ad Pontificem Bononiam diuertis-
 set,

set, ad eius formam constat collegium commodissime
 ternis denis scholasticis studia Theologiae emulan-
 tibus statuisse in suburbano Saguntiæ loco ab homi-
 num cœtu omniq; turba, ut Philosophos decet, seposi-
 to: cuius nos adolescentes aliquam partem fuisse nō
 modo non pœnitet, sed etiam gloriamur. Iam Petrum
 Gonlum Mendocium, Franciscum Symonem Cardi-
 nales & Archiepiscopos Toletanos, quem nisi Aca-
 dium æquè Archiepiscopum Toletanum & Car-
 dinalcm, qua parte uel religionem uel mortalita-
 tem iuuere, imitatos fuisse credimus? quorum alter
 Valladoliti, alter nouissimè Cöpluti magnifica Colle-
 gia ad huius exemplum construxerunt, ut ante hos
 Salmaticæ uir inclytus Iacobus Anaia Archiepisco-
 pus Hispalensis. Ex quibus complures uiri eruditissi-
 mi, qui Reipub. Hispanæ multifariam prodeßent,
 extitere, cum magna eorum gloria, quorum benefi-
 cio, eruditione, pariter & authoritate aucti essent.
 Quare sic existimo cū multiplex hominibus ad ho-
 mines cum sua laude demerendos, aliaq; alijs uia pa-
 teat: nullā esse tamē ad immortalitatē magis compen-
 diariā ea, quā summi illi uiri ingressi sunt, qui studia
 literarū, & mortui tātopere fouent: si mortui dicen-
 di sunt, & non potius immortalitate donati quorum
 ecclē facta doctorū uirorum sermo quotidie usurpat.

& ne-

et nomine circumsonant aures sapientum, ita nunquam ex eorum animis discedit tantorum uirorum recordatio. Neq; uero eos solum uenerantur, ac loco numinis colunt, qui sui quorumq; Collegij authores fuerunt. Sed eos quoq; suspiciunt, qui uel industria, uel benignitate commodo, aut dignitati Colle^{gij} consulere. Ut nos Bononiæ Petrum de Frias, Cardinalem uirum sanctissimum, & de Collegio nostro optimè meritum: qui cum eius patrocinii antiqua lege suscepisset, idq; improbitate & auaricia quorundam scholasticorum labefactatum, & penè profligatum offendisset, omni cura & diligentia, summaq; liberalitate duobus milibus ducatorum de suo erogatis, in pristinum statum restituit. Cuius beneficij memores in instituto maiorum anniversario sacro quotannis ei pridie Calendas Januarias libentissime parentamus: ut Bernidinū Caruial Cardinalem, qui Sancte Crucis inscribitur, qui huius quoq; Colle^{gij} patronus in multis sœpè necessitatib. ei laboranti subuenit: & iniurijs lacebitum identidem uenciavit, omnique authoritate etiam nunc tueri perseuerat. Ut deniq; (ne singulos persequar) Aluarū Carrillum Albornocium summæ uirtutis uirum, & in cuius iuuenili æate canam prudentiam & senilem constantiam, gravitatemq; meritò demireris. Et Xanthum

thum mirandā canonicum Calaguritanum artium
& theologie doctorem eruditissimum, qui multos
annos Compluti, ubi nos ei praeceptorī triennium
philosophantes operā deditus, publico salario Dia-
lecticam et Physicā doctrinam, deinde Theologiam
docuit, cum magna sua gloria: accerrimus omnium,
quos ego unquam uiderim disputator. Et qui in so-
phistarum & physicorum scolaisticis congressibus,
quo tempore hēc studia curabat, regnare diceba-
tur. Sed illam tantam gloriam audio iam ab eodem
maioribus suis uirtutibus & opinione theologicæ
sapientiae superatam. De cuius uirtutibus acris, &
slebili ingenio parcus agere illi timor admonet, ne
amantissimo praeceptorī, & cuius in me reciproca
beneuolētia multis extat testata documentis, quid-
quam me indulisse, inuidia possit interpretari. Qui
duo uiri cum superiore anno ab uniuersa Hispania-
rum Ecclesia ob ipsorum præstantia ad pontificem
legati Bononia transiret, Collegium nostrum liben-
tissimè inuiserunt, & alter parentis AE G I D II
monumentum celebre, & suæ familie magnum or-
namentum cum ingenti gaudio præsens consydera-
uit: alter discipulos amantissimos sui lētabundus ag-
noscit, & uicissim agnoscitur. Quibus nec ipsi hono-
ri debito habendo, nec officio nostro præstando de-
s. fuimus.

fuius. Ad summam suscep*ta* illi huius collegij cura Romæ omni studio à Leone. X. P. Maximo autho-
ritate et nominis Hispanæ Ecclesiæ contendereunt,
impetraveruntq; illud nobis optatissimum simul et
æquissimum Privilegium, ut quisquis ritè ascriptus
huic Collegio Hispanorum, et ab Hispano condito
iuxta eius statuta doctoris, aut magistri dignitate
Bononiae auctus esset, perinde ad Ecclesiasticasacer-
dotia, et cæteras dignitates in Hispania obtinendas
idoneus censeretur, ac si Salmaticensi, aut alio quo-
uis crebri Castellæ Gymnasio doctor, aut magister
factus esset. Cæterum satis sumus diuagati. Venio ad
principias collegij constitutiones, quæ merito in hu-
iusmodi narratione suam partem uendicabunt.

Primum omnium quattuor sacerdotes, qui præsint
rebus diuinis et sacra procurent, instituti sunt iij bi-
ni singulis ebdomadiis quotidie rem diuinā faciunt.
Alter cum primum illucet, alter cum uulgo redditur
ab ultimis lectionibus publicis. Ut sodalium qui al-
teris sacris minus uacauerit, pro ratione studiorum
suoq; arbitratu ualeat alteris interesse. Quæ nemo
impunè negligit, præter Rectorem et æconomum,
qui sæpe hoc officio fungendo negotijs tum exter-
nis, tum familiaribus excluduntur. Vespertinis au-
tem et nocturnis seu matutinis sacris omnes quat-
tuor

tuor sacerdotes intersunt. Sodales suo uero arbitra-
tu aut impunè absunt, aut nō sine præmio intersunt.

Quod ad scholasticos pertinet Sodalium, triginta
unius ad sumum Collegium esse placuit. Qui tres
omniò Arragones essent, unus Portugallensis, cæte-
ri omnes Castellani. Prorsus, ut præter Hispanos, ni-
si in extrema nostroru[m] inopia, qualis hactenus nun-
quam fuit, cæteris aditus ad collegiu[m] sit interdictus.
Quorum item octo, Theologiam quatuor, tres Me-
dicinam, cæteri Ius Pontificium profiterentur. Ho-
rum uestitus cætera doctorum Bononiensium simi-
lis est. Caputio tamen appellato insigniuntur, quali
Salmaticenses, qui à nostris acceperunt, & Complu-
tenses sodales uiuntur: nisi quod nostrum tenui filo
Amethystinum, illorum crassiore, & colore nativo,
fusco pallio cōcolor est. Patientia item, quæ dicitur,
stamine a nūc peculiare nostrum gestamen est, quon-
dam commune Bononiensium scholasticorum erat.
Sed ab illis ut ingratum, & inutile impedimentum
antiquatum, in nobis pertinacius resedit. Qua nem-
pe molestia, ut dicam quod sentio, citra incommodum
& indignitatē carere poteramus, & iam diu carui-
semus, nisi quorundam molestē antiquariorū impor-
tunitas obstitisset. Rectoris uestitus non discrepat à
cæteris, nisi quod splendidior est, et magnificentior.

172 HISP. COLL. BONON. DESC.

ut sericeis ac coccineis uestibus dignitatē honestet,
et prae se ferat. Nobili ac certe antiquo Christiano-
rum genere ortis duntaxat Collegium patet. Alio
nemo ullā ratione asciscitur: aut si quis dolo fortas-
sis irrefserit, quod duū latere non potest, fide et di-
ligentia conqueritoris, qui cum res poscit, in Hispania
niam mittitur, turpiter exigitur, et cri-
men magnis poenis uin-
dicatur.


DESCRIPTIONIS HISPANI COLLE-
GII APVD BONONIAM
FINIS.

IN INCLYTA RAVRACO-
rum Basilea, per ROBERTVM
VVINTER Anno à Christo
nato, M. D. XLII.

mēse Septem-
bri.

s s

IN MONTAÑA RAYO
EN GUERRA POR REGLAS
Y VIDA DE HUMOS CUMPLIR
ESTE DÍA XIX



1894.06.3

